


DE
ANTIQVIS
MARMORIBVS
BLASII CARYOPHILI
OPVSCVLVM
CVI ACCEDVNT DISSERTATIONES IV.
NVMINI MAIESTATIQUE
CAROLI VI.
MAGNI AVGVSTI
DICATVM.



•••••
EXCVDEBAT VINDOBONAE AN. MDCCXXXVIII.

JOANNES PETRVS VAN GHELEN, Sacrae Caesareae Regiaeque
Catholicae Majestatis Aulae Typographus.

ΠΡΟΣ ΣΤΑΘΜΗ ΠΕΤΡΟΝ ΤΙΘΕΣΘΑΙ ΜΗΤΙ ΠΡΟΣ
ΠΕΤΡΩΙ ΣΤΑΘΜΗΝ

! EXIGENDVS EST LAPIS AD AMVSSIM NON AD HVNC
AMVSSIS EST.

C A R O L O VI.
A V S T R I O
M A G N O A V G V S T O
P R I N C I P I M A X I M O
I M P E R A T O R I F O R T I S S I M O
P I O F E L I C I T R I V M P H A T O R I
Q V I O M N I V M S E R M O N E
C E L E B R A T V R
A C V O T I S C O M M V N I B V S V O C A T V R
I M P E R I I G E R M A N I C I P R O P V G N A T O R
C O N S E R V A T O R P V B L I C A E
L I B E R T A T I S
C O M M V N I S O M N I V M S A L V T I S
A V C T O R
P A C I S E T I V S T I T I A E C V L T O R
L I T E R A R V M P A R E N S A C

A 2

GE.

**GENERIS HVMANI AMOR ET
DESIDERIVM
HOCCE OPVSCVLVM DE ANTIQVIS
MARMORIBVS
NVMINI MAIESTATIQVE EIVS
DEVOTVS
BLASIVS CARYOPHILVS DICAT
CONSECRATQVE.**



PASCHA-

PASCHALIS
CARYOPHILVS
IVRISCONSULTVS
LECTORI BENEVOLO S. P. D.



Quoniam insignis ac solennis
apud omnes hodie mos in-
valuit, operibus Auctorum, quae ty-
pis committuntur, praefationes appo-
nere, ut quae occasio animum ad scri-
bendum impulerit, aut quae novissime
invenerint, facillime ostendi possint;
nolui equidem, Benevole Lector, Ti-
bi invidere, quin causas, quibus id opus
de Antiquis Marmoribus Auctor no-

ster condere adgressus est, aperiam, ac de ejus instituto, quam verissime poterō, paucis absolvam. Turpe enim, & inurbanum existimavi nil ejusce rei Te non admoneri, atque Auctoris incomparabilem solertiam, & diligentiam non praemonstrari. Quam ob rem id ego jam nunc Tibi renuncio, non spe quaestus, aut ostentatione aliqua, vel gloria commotum venisse ad scribendum, quemadmodum ceteri, quos

tenet insanabile multos

Scribendi cacoëthes, & aegro in corde senescit.

sed ut industria sua nobilissimorum virorum morem gereret voluntati, quibus, cum de marmore Juvaviense ac de aliis, quibus abundat Germania, fermo incidisset; detexit nullam de his apud Graecos, Latinosque mentionem haberi

beri praeter Onychen, de quo Sudi-
nes apud Plinium: ac ut saepissime so- xxxvi, 7,
let, cum vicissim varii internecteren-
tur sermones, ad Graeca tandem, atque
Aegyptia marmora deventum est, quae
ampliore oratione profecutus, de lapi-
cidinis, & de marmorum coloribus
differuit, ac de modo, quo in Urbem
totius terrarum orbis dominam singula-
ri studio, & eximiis sumtibus devehe-
bantur. Quocirca, qui una secum erant,
viri nobilitate, & ingenio praestantes,
ut praeclaram hanc provinciam susci-
peret, animum ejus incitarunt, atque
enixe adhortati sunt ad perficiendam
Antiquorum marmorum historiam nu-
meris omnibus absolutam. Quorum
jussis, ut libentissime obtemperaret,
quia summa auctoritate, consilioque
polle-

pollebant, recogitare, inque memoriam
revocare coepit, quae in Graecis, La-
tinisque scriptoribus lectitaverat. Cum-
que vehementissimo ardore animi, in-
genii, virium, ut aliquid accuratius di-
ceret, Plinii codicem denuo manibus
versaret, ac sedulo excuteret, intelle-
xit enim Virum Clarissimum, non lon-
gum, neque copiosum de marmoribus
habuisse sermonem, ut ipsemet testa-
tur hisce verbis, *nos in iis brevitatem
sequemur utilem instituti modo, nihil
necessarium, nec naturale omittentes.*
Attamen ab istac instituti fui ratione
longius recessit Plinius, nec promissis,
quae dederat, firmus stetit, plurima
enim marmora praetermisit, de quibus
nec ullum verbum fecisse constat,
quamvis ea prius Herodotus, Strabo,
alii-

aliique meminissent, hujusmodi sunt, Memphiticum, Elephantineum, Scyrium, Deucalium, Hierapoliticum, Pisanum, & Lydium, nec non Mylasense ac Ephesium, de quo postremo locutus Vitruvius, quem saepe in Historiae Naturalis libris allegat, ejusque dicta compilat. Praeteriit quoque Tauromenium, quod Hieronis aevo magno in pretio Siculis habebatur, ac Pentelicum a Theophrasto, & Cicerone commemoratum, & tandem Atracinum marmor in Thessalia solitum perfodi. Huc accedit, quod Plinius *marmorum species partim notis peculiari-
bus descripsit*, quae vel tam tenues sunt, ut ex eis pauca nunc agnosci possint, *partim solo nomine designatas commemorat*, velut Synnadicum, Carystium,

B

Hispa-

Metallothec.
p. 353. edit.
Rom. 1717.

*Hispanum, Proconnesium, sive Cyzice-
num, de quibus nihil prodit, quod pos-
sit animus formam ipsorum concipere te-
ste doctissimo Michaële Mercato. Ve-
rum non ejus inscitiae idtribuendum
videtur, neque incuriae, vel oscitatio-
ni, sua namque tempestate innumeros
Graecorum libros de praecipuis mar-
morum generibus extitisse ex ejus ver-
bis liquet, genera lapidum, quae vel
numerofiore serie, plurimis singula a
Graecis praecipue voluminibus tractata.
Plinius, quae legebat, adnotabat &
quidem cursim, usus notario etiam in
itinere cum libro, & pugillaribus, ut
ad Cecilium Macrum scribit C. Plinius
Junior ejus nepos. Tribuendum potius
negotiis publicis, quibus impeditus per
Vespasianum, qui illo quoque noctibus
ute-*

utebatur, ut vix satis otium studio sup-
 peditare potuerit. Plinium vero prae-
 stantem omni laude scriptorem, ut Isi-
 dorum Hispalensem mittam, qui ine-
 pte Plinium compilavit, post longissi-
 mi temporis spatium excepit V.C. Geor-
 gius Agricola Desiderio Erasmo amicitia
 conjunctissimus, qui anno MDCLVII.
 in libro, quem *de Re Metallica* vulga-
 vit, de marmoribus quoque sermonem
 instituit. Verum quanquam nonnul-
 la adjunxerit marmora, quorum Stra-
 bo, & Pausanias meminerunt, nihilo-
 minus non omnia percensuit, quinimo
 Plinium continue transcribens, mar-
 morum peculiares characteres, notas,
 coloresque non patefecit, neque illu-
 stravit, cujus verba heic apponenda cen-
 semus, *at quaedam marmora qualia*
p. 632. edit.
Basil.
fue-

fuerunt , prorsus non explicarunt scrip-
tores , cuiusmodi est , Hymettium , quod
in Hymetto Atticae monte : Pentelicum ,
quod in eadem regione : praeterea Cy-
zicenum in Elaphonneso insula ante Cy-
zicum inventum. Sed horum quidem
marmorum colores , quos Agricola non
attigit , scriptorum auctoritate defini-
vit Auctor noster : Hymettium enim al-
bum constituit , idque Strabonis testi-
monio probat , uti & Pentelicum ex
Luciano : sic & Cyzicenum , quod idem
est ac Proconnesium , Strabo λευκὸν λίθον *al-*
bum marmor dixit : Agricola vero osci-
tanter duo diversa ac inter se distincta
fecit marmora. Ignorabat sane Procon-
nesium fuisse denominatum *Cyzicenum* ,
quod Cyzici opera e Proconnesio effor-
mabantur marmore : vel ubi negligenter
in

in Thasium transmutat Ephesium mar- p. 630.
mor a Pixodoro inventum, ex quo tem-
plum Dianae constructum. Tandem Agri-
colam in errorem illapsum vidit, quod ex
corrupto, & mendoso Plinii codice credi-
dit in *Tauro* reperiri *Lygdinum marmor*, xxxvi. &
cum in *Paro*, & non in *Tauro* legen-
dum foret, uti opinatur Claudius Sal-
masius, cujus emendatio ex Diodoro,
& Servio confirmatur: Denique, ut re-
liqua praetermittam, Agricola nihil ex-
pectatione dignum protulisse videtur,
namque magna cum diligentia, quid
Plinius de marmoribus dixit, perscu-
tatus est, quales vero sint marmorum
notae, non vestigavit. Hanc metho-
dum, qui Agricolam deinde subsecuti
sunt, constanter servarunt,

Et quasi cursores, vitae lampada tradunt.

B 3

Ani-

Animo enim cogitabant exiguas marmorum notiones a vetustis scriptoribus ad se pervenisse, unde eorum descriptionem neglectam, vel prorsus desperatam habuerunt, & quae Agricola in unum compulerat, uti crambem recoctam, ceteris obtruderunt, quod facere plerumque solent ii, qui

Plusque ex alieno jecore sapiunt, quam ex suo.

Ita Cardanus, Aldrovandus, Mercatus Xisti V. aliorumque Summorum Pontificum medicus, atque Boëtius de Boot Burgenfis Rudolphi II. archiatros tantum nervis alienis mobile lignum in scenam produxerunt, a quibus non magis haec marmorum historia examinata fuit, quam Romae a publicis scribis examinata fuerunt edicta Praetorum, quae hi jubebantur ex albo in album tran-

transcribere. Atqui Auctor noster universos, qui hactenus de marmoribus pertractarunt, diligentia & industria superans, Theophrasti ~~methodum~~ methodum potius, quam Agricola sibi imitandam duxit, ut marmora primum a locis, ac lapicidinis, e quibus effodiebantur, deinde a duritie, colore, maculisque describeret, quarum numerum supra Theophrastum, Plinium, & Agricola auxit, ampliavitque, atque earum epochas & situm delineari sedulo curavit, & quot, quantisque modis & artificio inde eruerentur marmora, & qua ratione, quibusve instrumentis elaborarentur, quibusve artibus ex una in aliam regionem deveherentur, ac de machinis pro sustollendis vel trahendis obeliscis, columnisque diffuse disputavit.

vit. Quae omnia ex Antiquitatis tenebris eduxit, inque claram lucem extulit. Neque silentio praetereunda existimavit commissa, vel vectigalia, quae pro marmoribus Publicae arcae pendebantur: marmorariorum Collegia, Patronos, Deosque Tutelares item recensuit, atque immunitates exposuit, quas Imperatores iis summa indulgentia & liberalitate largiti sunt. Arduam sane & difficilem provinciam adgressus, opem, auxiliumque mutuatus, non modo ab Antiquis Inscriptionibus, sed a legibus cum Graecis, tum Romanis, cunctas vires impendit, ut laboriosum hocce opus ad umbilicum perduceretur. Plura enim in Veterum scriptis ad illustrandas marmorum proprietates inveniebantur, sed incuria hominum, &

& longa insequentium temporum vetustate interciderunt, praecipue Draconis Corcyraei ^{περὶ ἁλῶν} libri, qui aevo Athenaei (claruit enim sub Marco Aurelio) adhuc extabant. Quamplurima itidem derivari poterant ex Graecorum Artificum libris, qui de Antiquorum Templorum fymmetria ac ornamentis scriptitarunt, quorum nomina recitat Vitruvius: legibus namque sancitum erat

Deorum

Templa novo decorare saxo.

Horat. II. Carm.
od. 15.

Quanta marmorum copia? quantae varietates nunc dignoscerentur? si superstites adhuc perdurarent Romanorum magnificae ac splendidissimae villae, in quibus ^{κατὰ τὸν Περσικὸν} *Perficae* exstruebantur Strab. v. p. 223.

C

Re-

Regiae : eis enim tam vesano studio
flagrabant Romani , ut ingentes opes
fregerint ac pergrandia patrimonia ab-
sumferint pro comparandis peregrinis
marmoribus , quemadmodum de Ce-

Satyr. xiv. 86. *tronio, ejusque filio narrat Juvenalis*

*Aedificator erat Cetronius, & modo curvae
Littore Cajetae, summa nunc Tiburis arce ,
Nunc Praenestina in montibus alta parabat
Culmina villarum, Graecis, longeque petitis
Marmoribus vincens Fortunae, atque Herculis aedem,
Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides.
Dum sic ergo habitat Cetronius, imminuit rem,
Fregit opes: totam hanc turbavit filius amens,
Dum meliore novas attollit marmore villas.*

Plurima & marmorum genera perno-
scerentur, si modo extarent clarissimo-
rum Virorum volumina , qui de iis,
quae

quae dicata Diis, pertractarunt, quae Ap. Athen. in lib. Διονυσίου.
 ferme templis, gymnasiis, balneis, fi-
 gnisque constabant. Perierunt enim
 Hegesandri Delphi *commentaria statua-
 rum, & imaginum*, Nymphodori Sy-
 racusii *de iis, quae in Sicilia admiran-
 da*, ea enim Insula artificibus, templis,
 signisque Deorum affluebat, ut Cice-
 ro narrat. Interciderunt & Polemonis
 Periegetae libri *de iis, quae in Lace-
 daemone Diis dicata*, Menodoti Samii
de iis, quae in templo Junonis Samiae
extabant, denique Alcetae *de iis, quae*
Delphis erant consecrata. Quae omnia
 desiderantur.

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.

Hisce auxiliis Auctor noster destitutus
 ad Geographos confugit, qui cum lon-

gas peregerint peregrinationes , non
pauca de lapicidinis commemorant, in-
primis Herodotus, qui etsi functus
munere historici, attamen ut res Grae-
canicas , & Aegyptias diligentius con-
scriberet, per universam Graeciam,
Aegyptumque vagatus. Ubi praete-
ream Strabonem, Aristidem, Ptole-
maeum Alexandrinum? quid comme-
morem Pausaniam, qui non Graeciam
duntaxat perlustravit, sed in Aegy-
ptum quoque penetravit. Ea igitur,
quae solertes, prudentesque viri isti
sparsim literis mandarunt, heic in
unum collecta vides, ac concinne,
ut Παυσάνου λεγέται, suis in locis disposita, &
affabre ordinata. A Poëtis itidem in-
numera petita heic reperies, Benevole

Le-

Lector, qui majus quiddam animo complexi, quasi divino numine commoti, nullum est genus rerum, quas non majore vi, lumineque splendidiore carminibus exprimant. Cum enim aedes, signa deorum, templa, villas, palatia, & balnea splendidis decorata columnis, eximiisque exstructa marmoribus versibus extollerent; haec ornate, nitidissime, & eleganter sic describunt, ut colores, maculas, lapicidinas etiam non fileant. Hasce lucubrationes gratissimo accipias animo velis, Tibi oblatas eo praesertim tempore, quo quidem homines Graecis, Romanisque Antiquitatibus summo opere alliciuntur, ut Auctori nostro meritam quoque gratiam, debitamque

referas, per quem labor Tibi detractus
est. Ceterum

Phaed. V. 10.

Induxi Te ad legendum: sincerum mihi

Candore noto reddas iudicium precor.

p. 9.

Mend.

MDCLVII.


Correct.

MDLVII.

DE



DE ANTIQVIS MARMORIBVS OPVSCVLVM.



Mirantur nonnulli me gravioribus studiis districtum, in praesentia velle de Marmoribus, tanquam de re inani & levissima differere, sed desinant mirari, incitiam ne noscant suam: etenim non levis ac futilis est disputatio de Marmoribus, ut iis videtur, sed gravis & eruditione ac doctrina refertissima. Si enim laudi ducitur naturam, genesin, vegetationemque marmorum explicare, quae natura oculis subduxit, quo pacto

Et nobis exprobrant nescio, ubi de eorum colo-
 ribus, pretio, vel de loco, quo antiquitus nasce-
 bantur, sermonem instituimus. An improbanda
 diligentia Democriti, Jubae regis, Apionis, Pli-
 nii, aliorumque, a quibus de Marmoribus est
 disputatum? Addendum eodem est, ut ab anti-
 quissimis Jurisconsultis non leves quaestiones de
 Marmoribus fuerint habitae: multaque etiam Im-
 peratores Augusti decreverint super vectigalibus &
 portoriis, vel tabulariis & magistratibus Marmo-
 rum. Quid commemorem Poëtas Graecos &
 Latinos, quos eorum praestantiam, colores, vel
 natale solum versibus descripsisse constat? quid
 dicam de Herodoto, Solino, Strabone, vel
 Pausania, quibus curae fuit lapicidinas diligenter
 perscrutari, atque earum inventionis epocham
 aliquando vestigare? Quid multa? civitates,
 provincias non modo a Marmoribus nobilitatas,
 verum etiam nomen sortitas fuisse accepimus.
 Tanta denique est Marmorum praestantia, ut
 Senatus consulta, plebiscita, fasti consulares, ca-
 fus

fus Imperatorum, foedera fuerint inscripta Marmoribus,

Per quae spiritus, & vita redit bonis Hor. IV. od. 8.

Post mortem ducibus.

Quam ob rem, qui haec parvifaciunt, ego hos omnino stipites, caudices, non homines puto, ac digni sunt, ut ad Latomias ducantur, vel illuc, ubi lapis lapidem terit.

Verum ut intelligatur quid sit, de quo disputetur, placet ante definire quid sit marmor: omnis enim, quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci. Hefychio marmor est dictum ὁτι τὸ μαρμαίρειν a *splendendo*: hinc Homero ὁμαστα μαρμαίροντα vel δάμαστα ῥέοντα μαρμαίροντα. Lapides igitur caesi, & ferro perpoliti cum lucidi appareant, marmora sunt appellata. Homierus haec ita describit:

καὶ ἄρ' ἔζεν ἐπὶ ξερσίσι λίθων

Odys. III. 406.

Οἱ δὲ ἔσαν ἀστράεντες θυγατρὶ ὑψηλῶν

Λευκαὶ λασσίλεοντες.

Hebraeis itidem sunt *lapi- des politi*, Sy-

D

ris

aut πῦ λίθου κάλῃς ob lapidis pulchritudinem. Idque Paul. p. 684.

ad Graecos deductum ab Aegyptiis, quorum

templa λίθῳ καὶ πολυτελείῳ marmoribus sumptuosis erant
Lucian. Imagin. p. 8.

exstructa. Marmorum genera aetate Plinii, qui

sub Vespasiano Tito Historiam Naturalem edidit,

innumera inveniebantur, ut difficile ipsi videretur

cuncta posse enumerari: marmorum genera, ἔξ co- XXXVI. 7.

lores non attinet dicere in tanta notitia: nec facile

est enumerare in tanta multitudine. Quoto quo-

que enim loco non suum marmor invenitur? Ju-

lius Pollux, qui sub Commodio vixit, quae
VII. 100. edit. Amst.

majoris erant pretii antiquis ac suis temporibus,

tantummodo innuit πάλαι δὲ εἶδη λίθων, Φρύγῃα, Λύκαονα,

Λιβύονα, Εὐβοῖον, Θεσσαλὸν, Αἰγυπτῖον. καὶ πύτων δὲ ἰδίᾳ πλείονες. καὶ

κογχυλίας δὲ λίθους ἐν Αἰγυπτῷ Δαίδαλον, καὶ παρὰ Ξενοφῶντι κογχυ-

λίαντες. Λαχνίας δὲ παρὰ Πλάτωνα ἐν Σοφιστῇς multae autem la-

pidum sunt species, Phrygius, Lacaenus, Libyffus,

Euboicus, Thessalus, Aegyptius: atque bonarum species

quamplurimae. Et Conchylias in Dedalo Aristopha-

nis, ἔξ Conchyliates apud Xenophontem. Lychnites

vero apud Platonem in sophistis. Aliorum autem

marmorum, quae plurima fuerunt, notitia caruif-
 semus, amissis libris *mei* Sotaci, & Trasilli, qui
 sub Augusto, & Tiberio vixit, vel quae Ismenias,
 Aristagoras, Liceas, aut quae Latini scriptores M.
 Varro, Mutianus, Caelius, Cato Censorius com-
 mentati sunt, nisi Plinius e libris ipsorum, quos ad-
 legat, excerpisset selectiora, ac magis necessaria, de
 quibus summatim, breviterque differit: plurima nam-
 que praetermisit marmora, alia vero ejus aetate non-
 dum erant reperta. Porro Graeci de Marmoribus
 diligentius ac copiosius, quam Latini, pertracta-
 runt teste eodem Plinio: *lapidum genera vel nu-
 merosiore serie, plurimis singula a Graecis praeci-
 pue voluminibus tractata*, quae perierunt tempo-
 rum injuria, vel hominum negligentia. Nunc re-
 stat, ut nostras Commentationes de Marmoribus
 proferamus, quorum seriem ad duo genera retuli-
 mus, ut primum de Graecis, de Aegyptiis deinde
 differamus, paucis adjectis de Lunensi, Tiburtino
 ac de aliis quibusdam non magni nominis.

xxxv. in proëm.

Ro-

Romani, qui luxu ac magnificentia cunctas nationes superabant, magnopere delectati

DE GRAECIS
MARMORIBUS.

Graecis longeque petitis

Juven. Satyr.
XIV, 89.

Marmoribus.

Graecia enim victa luxum, & artes transfudit in Romanos victores, ut inquit Horatius :

Graecia victa ferum victorem cepit, & artes II, epist. I,

Intulit agresti Latio.

Hinc splendida Palatia laudabantur, quod Graecis marmoribus fuerint ornata. Statius

Montibus aut late Grajis effulta nitebant I. Theb. 144.

Atria.

Quo praeclaro nomine Villam Surrentinam Pollii egregius idem Poëta collaudat :

heic Grajis penitus defecta metallis 85.

Saxa.

Ac primum de Atticis, deinde de Laconicis sermonem instituamus, quae ob eorum

DE HYMET-
TIO MAR-
MORE.

praestantiam ac nobilitatem aliis peregrinis marmoribus praeferenda existimavit Plutarchus in *Symposiacis*. Attica nobilis, & celebris non modo ob

I. p. 618. edit.
Lut. Paris.

Thucyd. II. p.
115. edit. Amst.

IX. p. 399.

Vitr. II. 8.
edit. Amst.
de Provent.
p. 251. edit.
Oxon.

Plin. XXXVI.
3.

IX. I. 4.

ἀργύρεα μέγιστα *argenti fodinas*, quae in Laurio monte perfodiebantur, sed ob Lapidinas etiam marmoreas montis Hymetti, & Pentelcusis. Strabo *μαρμάρε* Ἰεὶς τῆς πε Ὑμεττίας, καὶ τῆς Πενταλυστῆς καὶ αὐτῆς μέγιστα πλεονάζον τῆς πόλεως *prope urbem* (Athenas) *marmor Hymettium pulcherrimum effoditur*, ut & *Pentelicum*. Qui montes ita Athenas prope erant positi, ut e primo urbis muro, *qui spectat ad Hymettium, & Pentelusen*, essent conspicui. Aetate Xenophontis marmor Hymettium tam magni aestimabatur, ut ex eo templa, fana, arae, ac signa Deorum efformarentur, non modo Athenis, sed & in universa Graecia, & quod maximum, in extrarias regiones devehebatur *πέφικε γὰρ λίθος ἐκ αὐτῆς Ἀφθονίως, ἐξ ἧς καὶ αὐτῆς καὶ ναυὶ, καὶ ἀλυσσὶ δὲ βυμοὶ γίνονται, εὐσεπόμενα δὲ θεοῖς ἀγάλματα. πολλοὶ δ' αὖτις καὶ Ἑλλήες καὶ Βάρβαροι σφειδύνται*. Romani autem ex Hymettio columnas fecere, Romam invec̄tas sub Lucio Crasso oratore, *qui primus peregrini marmoris columnas habuit*. *Hymettias tamen nec plures sex* (decem dinumerat Valerius) *aut longiores duodenum pedum*, quas anno conditae urbis DCLXII. Censuram gerens

gerens cum Cn. Domitio Aenobarbo statuit in atrio Plin. XVII. 1.
domus amplissima, quae illi ex hereditate obve-
nit, in monte Palatino, *cum in publico nondum es-*
sent ullae marmoreae: atque ob id a M. Bruto in XXXVI. 3.
jurgiis *Venus Palatina* fuit appellatus. Valerius ait
Crassum emisse X. columnas *centum millibus num-*
um, singulas nempe quingentis florenis ex calculo
ab Johanne Meursio posito. Trabibus etiam con-
ficiendis Hymettium erat aptum, super Numidicis
columnis solitum collocari. Horatius

Non trabes Hymettiae

Il. od. 18.

Premunt columnas ultima recisas

Africa.

Vetus commentator de trabibus marmoreis intelli-
git: *Hymettiae trabes marmoreae ex Hymetto mon-*
te Atticae recisae. Ita & Turnebus & Bentlejus vi-
ri clarissimi, acerrimique judicii interpretantur, ne-
que audiendus Meursius, qui ligneas fuisse con-
tendit.

de popul. Attic.
p. 799. edit.
Gronov. tom.
IV. A. G.

Penteleus mons alter in Attica *ἡ δὲ πεντελεὺς*
ubi Lapidinae. Byzas Naxius, ex eis caelo marmore
ad

DE PENTE-
LICO.
Paus. Attic.
p. 78.

ad tegulae formam, templum Jovis Olympii textit :
cujus inventum , ne oblivioni traderetur, statuis
ejus in Naxo hoc epigrammate fuit insculptum :

Eliac. p. 398-

Νάξιος εὐεργὸς καὶ γένει Λυκόνος πόρι Βύζειν

Πῶς ἡ σφαιρὸς τοῦτε λίθῳ κέχρηται.

Naxi haec Latoidae fecit sollertia Byzae,

Cui primum secta est tegula de lapide.

Λίδω Πενταλίου marmoris Pentelici primus omnium

Dialog. II. p. 35.
edit. Amst.
1711-

meminit Aeschines Socratis auditor, qui, ut puto,
vixit Olympiade LXXXVI. A. M. 3515. ad nume-
rum Eusebianum MDLXXXII. quo tempore Socrates
clarebat. Theophrastus inter excellentiores lapici-

de Lapid. p. 392.
edit. Lugd. Bat.
an. 1593-

dinas, λειονμέας Πενταλίου recenset. Magno in pretio
apud Graecos fuit Pentelicum, ut Scopas Parius egre-
gius architectus, & statuarius, plurima signa in Graecia
λίδω Πενταλίου Pentelico ex marmore fecerit, uti &
Praxiteles. Hujus marmoris apud Poëtas Latinos

Paus. Arcad.
p. 658. 695.
Boeot. 702.
715. 762-

nulla mentio, a Graecis vero perhonorifica, quem-
admodum in collectione epigrammatum Graeco-
rum apparet : tantummodo illud memorat Cicero,

ubi

ubi de statuīs Mercurialibus loquitur, quas Athenis a Pomponio Attico acceperat, *Hermæ tui* I. Epist. 8.

Pentelici cum capitibus aeneis me admodum delectant. Et quod mirum videtur, Plinius de eo ne

verbum quidem facit, quamvis plura marmora recenset. Aptum pro efformandis signis, vel pro

crustis in usum templorum, ut ex recensione publicorum operum patet, quae in sua ad Graeciam

peregrinatione observavit Pausanias, quem Isaacus Casaubonus merito appellavit *virum adeo omnium*

ἀρχαιολογίας diligentem. Ad columnas etiam congruens, & maxime accomodatum videtur fuisse

Pentelicum. — Athenaeus narrat Phrynes statuam auream opus Praxitelis Delphis fuisse positam super

columna marmoris Pentelici ἐν Δελφοῖς κρίσας [ἀνδριάντας]

ἐπὶ κίονι Πεντελικῷ. κατασκευάσας δὲ αὐτὴν Πραξιτέλης. Domi-

tianus autem columnis ἐκ τοῦ Πεντελικῷ λίθου ἐκ marmore Pentelico templum Jovis Capitolini ornavit, &

multoties combustum explevit, ac dedicavit, de quo P. Statius

An nova contemptis surgant Palatia flammis

Pulchrius ?

E

Can-

animadv. in Athen. p. 844.

XIII. p. 591.

Plut. in Public. p. 105.

Suet. 5.

de Equo Domit. 35.

Jov. Trag.
p. 133.

Candidi fuisse coloris liquet ex Luciano , ubi de Veneris Cnidiae statua a Praxitele efformata, quae

λίθου δὲ λευκοῦ Πεντέληςθεν εἰμυ λευκωμένησαν *ex albo lapide ex monte Pentelico, ut opinor, excisa.* Quod com-

probare videtur Pausanias, qui sub idem tempus vixit, ubi narrat Herodem Atticum erexisse stadium

Attic. p.45.

λευκοῦ λίθου *e candido marmore* in monte supra Ilissum amnem posito, marmoris genus ita designans

p.46.

πολὺ τῆς λευκότητος Πεντελικῆς *multum ex lapicidinis Pentelicis* in eo consumsit. Ejusdem etiam fuisse colo-

ris Hymettium conjecturari licet ex loco Strabonis,

cum Hymettium, & Pentelicum κάλλιστα μέγιστα πρὸς

cherrima marmora vocitet, ac de utrisque conjun-

ctim mentionem faciat. Τὸ κάλλιστον Plato albo tri-

buit colori καὶ ἅμα δὲ κάλλιστον τῶν λευκῶν πάντων θήσας *&*

simul album colorum omnium pulcherrimum ponemus.

Phileb. p. 53.
edit. H. S.

Quoniam albus καθαρόν χεῖμα πῦρρον *est color* atque

ἐν ᾧ χρώματα μηδὲν μίξιν ἄλλὰ μόνον ἂν εἴη *in eo nulla alia*

ullius coloris pars inest. Id agnoscit etiam Geo-

Strab. xiv.
p.658.

graphus insignis, ubi de Mylassae monte λευκὸν

λευκοῦ λίθου κάλλιστον ἔχον *qui lapicidinam albi marmoris*

pul-

pulcherrimam habet: quod idem est, ac si propius ad mentem Auctoris Latine reddatur, in quo excinditur album marmor pulcherrimum. En igitur albo tributum lapidi. Huc accedit, quod Graeci ex Hymettio Deorum signa fecerint, quae quidem ex albo lapide & non versicolore, aut viridi constabant, namque hoc postremo pro columnis, tabulisque utebantur: unde Seneca inquit,

Thiess. 646.

cujus auratae trabes

Variis columnae nobiles maculis ferunt.

Contra Aegyptii, cum candidis carerent marmoribus, Aethiopicum ac Porphyreticum in statu adhibebant.

DE TAENARIO.

Marmoribus Atticis succedunt duo Laconica.

Ac primum quidem occurrit Taenarium, quod in Taenaro Laconicae promontorio nascebatur *ἡ δὲ θάλασσα*

Paus. Lacon. p. 275.

ἀπὸ τοῦ ὄρους Ταῖναρος excurrit enim in mare Taenarium promontorium: ita dictum a Taenaro, cujus monumentum

p. 240.

non longe a Thaeomelidis Spartae vico visebatur.

Ab eodem etiam nuncupata *Ταῖναρος* & *Παλαιὰ Λακωνική*, & *Ταῖναρος* *αἰὲν* Pro voce Phoenicia usurpat. Sa-

Steph. de Urb.

Exod. XVII. 6.
Job. XXIX. 6.
VIII. p. 367.

XXXVI. 18. &
22.

III. 3. 13.

III. Eleg. 2.

DE TAENA-
RIO ALTE-
RO.

ap. Schol. Pind.
Od. X. Nem.

Strab. VIII.
p. 363.

mucl. Bochartus, namque in Bibliis Ταῖνας idem,
ac ἄνθ. vel ἄνθ., quae vox *petram* significat.

Magni erat pretii, ut Strabo prodidit, ubi de La-

conica εἰς δὲ λακωνίᾳ λίθου πολυτελοῦς, οὗ μὲν Ταυναίου ἐς Τα-
ναίου παλαιὰ *Lapidinas habet lapidis preciosi, Tena-*

rii in Taenaro antiquitus. Nigri coloris, unde Pli-

nus *nigros lapides* vocat, *sunt & nigri lapides, quo-*

rum auctoritas venit in marmora, sicut Taenarius.

Et alibi, *ex alio Taenario, qui niger est.* Colum-

nae e Taenario laudatissimae aevo Tibulli.

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,

Taenare sive tuis, sive Caryste tuis.

De quibus etiam Propertius

Quod non Taenariis domus est mihi fulta columnis.

Aliud marmor in Laconica, quod ex lapidinis

Taygeti effodiebatur. Taygetus mons, quem

ἀκρότατον appellavit Stasimus Cypriorum auctor, per
totam protenditur Laconicam ad Arcadiam usque,

situs supra Taenarum: sub se habet in Mediterraneis

Spartam, & Amyclas. Taygetus ante Strabonis

aetatem, qui sub Augusto, & Tiberio vixit, ne-

que

que parvas , nec magnas habuit lapicidinas , sed
justae magnitudinis , verum suis temporibus aliqui
eas aperuerunt , cum viderent Romanorum luxu-
riem in conquirendis marmoribus , quorum causa
ab eisdem suppeditati sumtus , ut illas perfoderent p.367.

πασὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Ταύγειτῳ μέλαινα ἀνιέξων ποιεῖ εὐμήθεα , χερσὶν
ἔχοντες τῆς τῶν Ρ'αμάων πελοπίλων. Viridis erat coloris.

Martialis

Illic Taygeti virent metalla.

VI. 42.

Et alibi

Et quod virenti fonte lavit Eurotas.

IX. 76.

Sed lubet apponere laudes , quibus illud Poëtae gra-
vissimi Papinius Statius , & Sidonius Apollinaris
condecorarunt ,

heic dura Laconum

Epith. Stel. &
Viol. 148.

Saxa virent.

Collaudat hoc marmor etiam cum Villam Surrenti-
nam Pollii describit ,

90.

Heic & Amyclaei caesum de monte Lycurgi,

Quod viret , & molles imitatur rupibus herbas.

Ad quod respexit Sidonius Apollinaris ,

herbosis , quae vernant marmora , venis.

Carm. xxii. 139.

E 3

Et

Et alibi

Carm. v. 38.

post caute Laconium

Marmoris herbes radians interviret ordo.

de Aedif. Justin.
p. 24. edit. Pa-
ris.

xxiv. 7.

Sic etiam Procopius λέγει Στρατιῶνι ἐμπόδιον τὰ μαρ-
mora Laconica smaragdum aequiparantia dixit. Pre-
tiosissimum vocavit Plinius, *pretiosissimi quidem ge-
neris Lacedaemonium viride, cunctisque bilarius.* Ju-
venalis etiam *Lacedaemonium* dixit,

Satyr. xi. 173.

Et Lacedaemonium pytismate lubricat orbem.

Vetus Scholiastes ita sensum Poëtae exponit, *qui
expuit supra marmor Lacedaemonium, quo stratum
est pavementum.* Pavimentum Juvenalis vocat *orbem*,

epist. 87.

ob ovatas figuras, de quibus Seneca. Quod &
confirmat Martialis, qui pavimenta ex marmore

l. 55.

Laconico memorat,

Quisquis picta colit Spartani frigora saxi.

Verum non modo pavimenta, sed plateae etiam
stratae saxi Taygeti. Aelius Lampridius de Elaga-
balo haec habet, *stravit & saxi Lacedaemoniis,
ac Porphyreticis plateas in Palatio, quas Antoninia-*

nas

nas vocavit. Sidonius inter insigniora marmora illud recenset ,

Carm. xvi. 17.

*Hic lapis est de quinque locis, dans quinque colores,
Aethiopus, Phrygius, Parius, Poenus, Lacedaemon,
Purpureus, viridis, maculosus, eburnus, & albus.*

Uti & Prudentius ,

*Non quae Saxa Paros secat, & quae Punica rupes,
Quae viridis Lacedaemon habet, maculosaque Synna.*

II. in Symmach. 248.

Ab Graecis etiam Λάσπερ λίθος *Lacedaemon lapis* vocatus , vel λαίγχε Λακωνική a Paulo Silentario

Poll. vii. seg. 100. Lucian. Hip. p. 357. Them. or. xviii. p. 223. ed. Paris. Harduini.

Καὶ κλειρὸν λαίγγος ἴδης ἀμάρμα Λακωνική

Μάρμαράν τε ἐράπλιντα πολυπλάγκτοις ἐδυμῆς

Heic etiam videas virentem Laconici lapidis nitorem, II. part. 211.

& marmora diversis spiris fulgurantia. Pausanias

autem, qui Antonini Pii aevo vixit, hujus marmoris fodinam non in Taygeto monte collocat, ut

Strabo, nam fortasse tunc temporis jam defierat:

sed in Croceis vico in Lacedaemoniis, qua Gythion

τῆς Σπάρτης ἐπὶ τὸν *Spartae navale* ad mare descenditur, Strab. viii.

τῆς ἢ κίθοντος, μία μὲν πέτρα συνεχὴς, οὗ διήκουσιν *in eo* (vico) Lacon. p. 264.

lapidinae perpetuo ac nusquam interrupto saxo.

Et

Et alibi ἐν Κροκίῳ τῆς Λακωνικῆς ἐρύσσουσιν *quem (lapidem) Croceis in Laconica effodiunt.* Eo enim ac
 Corinth. p. 117. aliis marmoribus Eurycles Spartanus, qui Gymna-
 Lacon. p. 241. sium in Spartae dromo prius dedicaverat, balnea
 deinde in urbe Corinthi exstructa condecoravit.
 Hinc Διὸς Κροκιάτα λίθου ἄγαλμα *Jovis simulacrum e*
marmore Croceate. Hunc Euryclem Lacedaemonio-
 xviii. p. 363. rum principem Strabo commemorat seculo sup-
 parem, qui urbem Cytharam ante Taenarum sitam
 privatim possidebat. De hoc marmore videtur
 sermonem habuisse Sextus Empiricus philosophus
 Pyr. hypoth. I. καὶ τῆς Ταυαρείας λίθου τὰ μὲν μέρη λευκὰ ὁρῶνται ὅταν λευκῇ. σιω-
 14. p. 34. edit. δὲ τῇ ἐλσυχρεῖ ξανθὰ φαίνεται *quin & Taenarii lapidis par-*
 Lipf. *tes quidem albae videntur, cum laevigatae fuerint.*
At cum toto flavae. Albertus Fabricius Vir Do-
 ctissimus de viridi marmore hunc Sexti locum ac-
 cipiendum existimavit, *ut vocabulum ξανθὰ colorem*
inter viridem fulvumque denotet medium, unde mar-
mor herbosum Sidonio dicitur.

DE ATRA-
CICIO.

Atracium marmor, quod Polluci Θερραλὴ λίθος di-
 citur, colores longe diversos ostendit, alibi enim subvi-
 ridem,

ridem, alibi caeruleum, alibi vero candidum colorem
habet, sed nigro adjunctum fulgori. Paullus Silentarius part. II. 224.

καὶ Ἀτρακίς ἐκ τῶν λευκῶν

χθονὶ πεδίοις ἐλόχουσι, καὶ ἐκ ὑψιπέδων ἐξέρχεται.

Πῇ μὲν ἄλλῃ χλοάουσα καὶ ἐν μέλει τῇλε μαράγδου,

Τῇ δὲ ἐκθινωμένῃ χλοερῶν πυκνότητι μορφῇ.

Ἡ δὲ τι καὶ χύσεσι ἀλίγκιον, ἄγχι μελαίνῃς

Μαρμαρυγῇς, μολὴν δὲ χάρις συνεγείρατο πέτρῃ.

*Quodcumque Atracina terra planis in campis, non ve-
ro in excelsis montibus genuit, alibi quidem subvi-
ride, nec a smaragdo colore longe diversum: alibi
autem ad viridis saturi caeruleam formam accedens.
Inest & quidpiam nivibus simile, nigro adjunctum
fulgori: denique commistus decor in unum coit. Ex
eodem*

κίονες ἄλλαι

part. I. 255.

Ἀγλαὴ Θεσσαλικῆς χλοερῶν πέτρῃς ἀνθεα πέτρῃς.

*Columnae aliae viridis Thessalici lapidis flores splendē-
di. De octo columnis, quas posuit Justinianus in
templo Sanctae Sophiae, Silentarius intelligit*

πρῶτῃς τῶν ἀξιοθαυμάσιων *admirandas prafini coloris, ut*

de Orig. Con-
stantin. p. 65.
ed. Paris.

F

ha-

habet Codinus. Ex eodem marmore Basilus Macedo octo pariter ponendas curavit pro ornandis Basilicae aedibus, quas exstruxit Constantinopoli

Const. Porphyrog. in Bas. p. 203.

ἐκ λίθου Θεσσαλῆς ἢ τὸ πράσιον χροῖμα πεκληρῶτα *ex Thessalico lapide, qui prasini est coloris, hoc est viridis:*

Progn. p. 139. edit. Foëlii.

nam in Hippocrate πρασιδὲς τὸ ἐμέμενον *vomitio porracea*, Celso, qui saepe illius scrimia expilat, *viridis vomitus* appellatur: ita & πρασιδία τὰ διαχωρήματα *dejectiones porraceae*. Hinc *vestes prasinae*, hinc *reticulum de prasinis*, hoc est de *smaragdis*, apud Latinos.

II. 14.

Eustathii aevo qui floruit sub Comnenis anno MXVII. celebris erat Thessalus lapis τὰ κύκλωθεν ἐκίσταντο τῷ φρεῖατος λίθου Χίος, ὃ ἐκ Λακωνικῆς, καὶ Θεσσαλὸς ἐτίεμεθεν *ambitum plutei ornabat lapis Chius & Laconicus, & ab altera parte Thessalus*. Ab Atrace marmor denominatum. Stephanus Ἀτραξ καὶ Ἀτρακία πόλεις Θεσσαλίας τῆς Πελασγιῶτιδος μοίρας *Atrax, & Atracia Pelasgiotidos tractus*. E Latinis Livius Atracem ita descripsit, *decem ferme millia ab Laryssa abest: sita est urbs super Peneum amnem*. Haecenus de marmoribus Atticis, Laconicis, & Thessalico. Nunc de Pario.

de amor. Ismen. I.

xxxii. 15.

In

In Paro, qua nullam celsiorem Insulam fuisse DE PARIO,
tradiť Dioscorides

Οὐτε Πάρον, νησὶν ἀπυτάτῃν ἱερῶν, Anthol. III. 15.
marmor fodiebatur, statuariis apprime idoneum,
ut Strabo memoriae prodidit ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἢ Παρίᾳ λίθος X. p. 487.
λεγομένη ἀρετὴ πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν, ex Marpeso insulae
monte excidebatur, Stephanus Μάρπησσα ὄρος Πάρου
ἀφ' ἧς οἱ λίθοι ἐξαίρονται. Et quae Virgilio *Marpesia cautes*, Aen. VI.
Servio in Commentariis dicitur *Parus lapis*. Ve-
teres Paron tanquam decoratam marmore lauda-
runt. Hinc Cajo Julio Solino *marmore Paros nobi-* Polyh. XI.
lis, & in Antonini Augusti Itinerario.

INSVLA PAROS
IN HAC LAPIS CANDIDISSIMVS
NASCITVR
QVI DICITVR PARIVS.

A Platone Comico Λυχνίας appellatus ἐν Σοφισταῖς, vii. seg. 100.
cujus drammatís meminit Pollux, & Scholiastes Ari-
stophanis ἐν νεφέλαις Verum ἐν Σοφιστῇ legendum, ut
auctoritate Hesychii, & Svidae statuit Isaacus Ca-
saubonus, quibus adde etiam Athaeneum. Qua X. p. 422.

voce usus postea Callixenus Rhodius Libro I. *περὶ*
 ap. Athen. V. *Ἀλεξανδρίας*, ubi de thalamego Ptolemaci Philopa-
 p. 205. toris loquitur, in cuius navis alvo media coenatio-
 nes, cubicula, & antrum construxit, ac *ἐν αὐτῇ τῇς τοῦ Βασιλέως συγγενείας ἀγάλματα εἰσὶν ἐκ λίθου Λυχνίου*
in eo regiae cognationis imagines erant collocatae ex
lapide Lychneo. Clemens Alexandrinus, hanc vo-
 cem etiam usurpavit, ubi narrat Scopam simulachra
 I. Strom. p. 361. Eumenidum fecisse *ἐκ τοῦ καλούμενου Λυχνίου ex lapide,*
 edit. Oxon. *qui vocatur Lychneus.* Hujus nominis derivatio-
 nem Varro apud Plinium ita explicavit, *quem lapi-*
 xxxvi. 5. *dem (Parium) coepere Lychnitem appellare, quoniam*
ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Var-
ro. Samuel Bochartus Parum a cuniculis nomen
 habuisse per Phoenices impositum opinatur, cum
כִּנּוּכָא vel *כִּנּוּכָא* ut scribunt Syri, *cuniculum* denotet
 XI. 38. ex Epistola Divi Pauli ad Hebraeos, cujus Graecas
 voces καὶ ταῖς ὁποιῇς τῆς γῆς Syrus vertit *כִּנּוּכָא* *ἐν*
in cuniculis terrae. Sed haec temporum ratio-
 nibus non congruunt, quin potius adversantur:
 quoniam in Graecia nunquam marmor insculptum
 fuit

fuisse constat tempestate illa, qua Phoenices artibus, opibusque florentes, in ipsam enavigarunt ut mercaturam facerent, verum *Olympiade circiter L*, Plin. xxxvi. 4. priusquam Cyrus Persidis regnum obtineret. Huc addas licet, quod prisci homines non nisi ex ligno, Paus. Arcad. p. 633. aut rudi lapide Deorum signa ac templa efformarint: unde Daedali opus signum Herculis, & Veneris *ἔκαστον ex ligno*. Verisimile ergo non videtur Corinth. p. 11. a cuniculis nomen traxisse Parum, cum nondum Boeot. p. 793. marmora eruerentur ad excitanda Deorum, illustriumque virorum simulacra, quae ex ebano, quercu, aut cyparisso effingebantur. Non dissimili argumento Pausanias in Antiquitatibus vestigandis solertissimus, aeneum Minervae signum, quod in arce Amphissae, quae urbs Locrorum maxima, adservabatur, negat a Thoante ab Illo fuisse deportatum, ob id, quod posterioribus temporibus aeris fundendi rationem Phoecus, & Theodorus Samii primi excogitarint. Lygdinum alii nominarunt Parium. Scholiastes Pindari Πάρου δὲ λίθος ἰ καλέ- Nem. Od. v. μὲν Ἀλκυδονος. Hinc Anacreon illustratur

Od. xxviii. 27.

Περὶ Λυγδίνης τραχήλης.

Cum alibi dixisset

xxix. v. 29.

Ἐλεφάντινος τράχηλιν.

proëm. Icon.
edit. Lips.

Idem ac λευκὴς τράχηλος, ut me legisse memini in Aristenactō, qui nunc ad manus non est. Sed clarior Philostratus *ἔχοντες τὴν Λυγδίνην ἢ τὴν Παρίαν λίθον*. Poëtae semper collum prae candore laudarunt, Statius dixit *laetea colla*, Ovidius *eburnea*, Claudianus *colla pruinae*. Et inter Poëtas Graecos in Anthologia Nicomedes Heracleotas, ubi de pallis virginum, quas *λυγδίνες* *Parias* nominat,

VI. 4.

Πραξιτέλης ἔπλασε Δαίην καὶ φάρσα νυμφῶν

Λύγδινά, καὶ πύργου Πάνα με Πεντελικῆς.

Oper. 198.

Pallae enim virginum Graecarum candidi erant coloris. Hesiodus

Λευκοῖσι φάρεσσι καλυψαμένῃ χροῖα καλῶν,

candidis vestibus tectae corpus pulchrum. Posidippus, vel Asclepiades describit Irenii puellae formam, tanquam Lygdinum marmor sculptum, atque affabre factum

Anthol. IV. 22.

Ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν ἱερὸν θάλας, ἵατε Λύγδα

Γλυπτήν, παρθένον ἐριθομένῃ χαρίτων.

A 66

a capillis ad pedes sacrum germen , & ut e Pario sculptum , virginalibus plenam gratiis. Hisce adde Theocritum Poëtam ætate superiorem ac poësi præstantiorem, qui dentium candorem cum Pario Idyl. vi. 38. confert marmore,

τῶν δὲ τ' ὀδόντων

Λευκότερον αὐγὰν Παρίου ὑπερφαιτε λίθου

dentium porro nitorem candidiorem , quam Parius lapis est (mare) ostendebat. Petronius Arbiter hocce voluit exprimere , ubi ait, *jam cervix , jam pedum candor Parium marmor exstinxerat.* Apud Latinos etiam nitori Parii marmoris pulchritudo puellarum comparata. Horatius I. Od. xix. 5.

Urit me Glyceræ nitor

Splendentis Pario marmore purius.

Mendum irrepsit in Hesychio Λύγαιος λίθος εἰς τὰ ζῴδια ἢ ἰ Πάριος, quo reponendus Λύγδης, vel Λύγδιος, ut viri doctissimi judicarunt. Ex quo edocemur sculptores e marmore Pario animalia parvissima efformasse, in quorum numero fuere *Myrmecides*, & Plin. xxxvi. 5. *Callicrates*, qui in parvis marmoreis famam sunt con-

consecuti. Quod nullo alio modo eos fecisse reor,
 xxxvii. 4. quam parvis crustis adamantis, quae ut Plinius
 inquit, expetuntur a sculptoribus ferroque includun-
 tur, nullam non duritiam ex facili cavantes. Λύγδος
 e Graecis transivit in Castra Latinorum. Mar-
 tialis

VI. 42. Et credas vacuum nitere Lygdon.

Item alibi.

13. Candida non tacita respondet imagine Lygdos.

xxxvi. 8. Hinc mendum in Plinio, Lygdinos in Tauro repertos,
 Claudius Salmasius *Paro* restituit, & recte quidem,
 quoniam Lygdos, vel Lygdinos, Parius est lapis,
 II. p. 95. edit. Παρίε Λύγδος Diodoro, & Servio *Parius candidissimus*
 Han. est, lapis Lygdinos nomine: is nascitur in *Paro insu-*
 la. Ob candidissimum colorem a Pindaro ce-
 lebratus

Nem. Od. v. 31.
 edit. Lond.

Στάλας θέμεν Παρίε

Λίδου λευκότεραν.

Spondet enim Callisto ponere columnam *Pario*
 marmore candidiorem, scilicet in laudem ejus
 poëma condere, quod splendidius marmore sit *Pa-*
 rio,

rio, ac magis duraturum. Virgilius item Augusti Majoribus signa ex eodem marmore in ejus templo avet ponere,

Stabunt & Parii lapides, spirantia signa.

III, Georg. 34.

Augusti quippe tempestate tam magni habebatur marmor Parium, ut ex eo Mausoleum sibi construxerit : cujus exemplum secutus Hadrianus sepulchrum in λίθου Παρίου *Pario ex marmore* sibi extrui curavit, signis ibidem positis quamplurimis ex eodem lapide. Neque barbaris nationibus parvi censebatur marmor Parium. Narrat Pausanias, quod Persae

Strab. V. p. 163.

Procop. de bell. Goth. I. 22.

Attic. p. 81.

καταφρονήσαντες γὰρ, σφίσιν ἐμποδῶν εἶναι τὰς Ἀθήνας, εἰλεῖν, λίθου Παρίου ὡς ἐπ' ἐξαγασμένοις ἦγον ἐς τρυφαίᾳ πείρῃ *cum enim prae superbia delirarent, Athenas expugnatu faciles sibi esse, Parium marmor, quasi re jam bene gesta, secum devexerant, ad statuendum tropaeum, ut hunc locum prae Sylburgio distinxit ac rectius ordinavit vir doctissimus Joachimus Kuhnus. Ex quo saxo, devictis Persis praelio Marathonio, Phidias Clarissimus Statuarius Nemesis signum po-*

G

stea

stea fecit. De quo extat politissimum epigramma Theacteti

Anthol. IV. 12.

Χιονίῳ με λίθον παλαιανξέος ἐκ περικνηπῆς
 Λαοτύπος τμήξας πετροτόμοις ἀκίσσ
 Μῆδης ἐκιντοπύρευσεν, ὅπως ἀνδρείκελα τεύξῃ
 Τῆς κατ' Ἀθιναίων σύμβολα καμμονίης.
 Ως δὲ δαίζομένοις Μαθαθὼν ἀντέκτυπε Πέσσης,
 Καὶ νέες ὑγροπύρεων χεύμασιν αἱμαλείς
 Ἐξέσαν Ἀδρήστειαν ἀριστῶδινες Ἀθίνας,
 Δαίμον' ὑπερφιάλοις ἀντίπαλον μερόπων.
 Ἀντιταλαντέων τὰς ἐλπίδας, οἳμὶ δὲ καὶ οὐ
 Νίκη Εἰρεχθίδας, Ἀστυγίους νέμεσις.

Strab. XIII.
p. 265,

Neque ex alio, quam λευκῷ λίθον *ex albo lapide*
 σκιπῶ ἐξέδραν *speculam exedram* in Tmoli montis fasti-
 gio, qui Sardibus imminet, Persae fecere, unde
 conspicui erant in orbem circum siti campi, maxi-
 me Caystrus. Antiquissimi sculptores praeclari no-

Plin. xxxvi. 2.

minis *tantum candido marmore usi sunt e Paro in-*
sula, cum antiquitus non fuerint in pretio marmo-
 ra maculosa, uti ex eodem Plinio deducere licet,
Antiquis, inquit, non fuisse tam auctoritatem ma-
culo-

culoſo marmori. Antiquis enim color albus ante
 alios probatus, utpote Diis magis conveniens. Pla- XII. de legib.
 to *χρῆματα δὲ λευκὰ περίτοιτ' ἂν θεοῖς εἴη cōlor vero albus* p. 956.
praecipue decorus Diis eſt. Ad ſculpturam magis
 aptum Parium *ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν* ut dixit Stra- X. p. 487.
 bo. Hinc in Bibliis ſub nomine *מַרְמָרִית marmoris*,
 Parium venit per excellentiam *מַרְמָרִית* Graeci inter- I. Par. xxix. 2.
 pretes reddunt *Πάρου πολὺν*, vel *λίθους Παρίου*. In
 Canticis item *מַרְמָרִית עֲלֵי* *Πάρου*, ut Aquila, & V. 16.
 Theodotio Graece fecerunt. Neque id mirum vi-
 detur, cum Poëtae Latini, ac Graeci *marmorea* di-
 xerint, quae candida ſunt, ut *marmoreum collum* IV. Faſt. 135.
 dixit Ovidius,

Aurea marmoreo redimicula ſoluite collo.

Cervice marmorea Auſtor Ceiris, *marmoreis cervi-* 44.
cibus Petronius. In Anthologia Satyr. 131.

Δερὴ Λυγδινὴ καὶ σῆθεα μαρμαίρουλα VII. 20.

Et Nonnus Panopolita, Dionyf. XV.
 331.

Δάπτυλα μαρμαίροντα περὶ γλυφίδεσσι δεικνύων.

Docimenum urbs eſt in Phrygia, teſte Eudaemo- DE DOCIME-
 ne, a qua marmor *Docimenum*. Stephanus NO, SIVE
 SYNNA-
 CO.

Δοκίμειον πόλις Φρυγίας ὡς Εὐδαίμων ἀφ' ἧς τὰ μάρμαρα ἴσα φασι.
 Hierocli Δοκίμειον, Ptolemaeo Δοκίμειον, Straboni Δοκίμειον,
 Salmasius autem Δοκίμειον scribendum putavit ex
 numo Neronis, in quo Phrygia Dea, inscripto
 ΔΟΚΙΜΕΩΝ. Cui accedit *Docimenum metallum*
 in Codice Theodosiano. Sub Macedonibus nomen
 in Συναίων *Syneam* mutavit ἀπὸ συναγωγῆς καὶ συναγωγῆς,
 ac demum a vicinis Σύνας *Synnas* appellata: unde
 in numis Augusti, Domitiani, M. Aurelii, aliorum
 que Imperatorum legitur CYNNAΔΕΩΝ. In nu-
 mo autem Neronis, ac in alio M. Aurelii ΔΟΚΙ-
 ΜΕΩΝ. Sic ut cum Aristophane dicam,

Ὡς ἀγαθὸν ἔστι ἐπανομίαν πολλὰς ἔχειν.

Strab.X.p.577. In Docimea igitur fuit λατόμων τῷ Συναδικῷ λίθῳ *lapicidi-
 na lapidis, qui Synnadicus denominatus: e qua ab
 initio exiguae glebae, sed ob sumptuum magnitu-
 dinem, quos Romani Strabonis aetate fecerunt,
 erutae magnae columnae solidi lapidis: tantaque
 fuit hujus marmoris praestantia, ut expensis non
 parcerent in asportandis ad mare permagnis colum-
 nis, quas navibus Romam devehebant.* Basilica

Paul-

Pauli, quam numerat Plinius inter praeclara aedifi- xxxvi. 15.

cia, *columnis e Phrygibus* fuit mirabilis. In Villa

Prænestina Gordianorum *L. Synnades columnae*. E Capitol. in Gord. 3.

Phrygio marmore CXX. columnis ornabatur tem-

plum Junonis, & Jovis Panellenii, quod Athenis

Hadrianus Imperator excitavit, ex eadem materia

parietibus, porticibusque exstructis, *ἐκ τῆς ἐπιφανέστατης* Paus. Attic. P. 43.

ἐκ τῆς αὐτῆς λίθου Φρυγίου λίθου. πεπολισται δὲ καὶ ταῖς σταῖς κατὰ τὰ αὐτὰ οἱ τοῖχοι. Hinc ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΑ in Inscriptione

Farnesiana erat *ἀλυσ* sive certamen institutum cir- ccccx. 3.

ca idem templum, a quo cognomen accepit. Ma-

gnopere enim Romani columnis gaudebant, pro

aedificiis decorandis juxta Martialem, V. 13.

Aurea centenis incumbunt tecta columnis.

Imo innumeras designat Statius,

Pendent innumeris fastigia nixa columnis.

Hinc Gordianorum Villa in Peristylo tantummo-

do CL. habuit columnas, ut fatetur Capitolinus.

Docimenum jam sub Augusto coeperat, *Phrygium*

denominari, Horatio *Phrygius lapis* dictus, Papi- III. Od. I. Epith. Stel. 148.

nio Statio *Phrygius Silex*. Hinc Tibullo *Phrygiæ* III. 3. 13. 41.

Sat. xiv. 307. *columnae.* Juvenali vero *Phrygia columna.* Et
ut ad Graecos deveniam, Pausaniae, & Luciano
λίθος Φρύγιος, Polluci Φρύγια λίθος, appellatur. Marmor
Docimenum, *Mygdonium* ab Ovidio prius dictum

Epist. xv. *Quae mihi Mygdonii marmoris instar erunt.*
quoniam Mygdonia pars Phrygiae. Stephanus Μυγ-
δονία μέρη Φρυγίας τῆς μεγάλης. Candidum fuit marmor
Docimenum vel Synnadicum. Sidonius Apollinaris

Carm. xxii. 137 *Cedat puniceo preciosus livor in antro*
Synnados.

Et in descriptione urnae Heraclii magni habetur apud
Scriptores Byzantinos ἀπὸ λίθου λευκοῦ Δακημιανοῦ ὀυχίτη.
Purpureis tamen maculis interstinctum, *venis* dixit
Claudianus

II. in Eutr. 271. *purpureis cedant cui Synnada venis.*

Nicolaus Heinſius legit *cedant*, non vero *cedit*,
ut prius in editis, cum Synnadis Ciceroni, idem

H. E. VII. 3. fit, ac Socrati ἐν Σωάδεις. *Maculosa Synnas* etiam

II. in Sym. 248. Prudentio dicitur. Atqui rectius Papinius Statius

Villa Surrent.
Fellii. 88. *ubi marmore picto*

Candida purpureo distinguitur area gyro.

Pur-

Purpureus gyrus idem ac ovatae figurae, vel orbiculi, quibus marmor est interstinctum. Et alibi

Purpura sola cavo Phrygiae, quod Synnados antro, Baln. Etrusci. 37.

Ipsæ cruentavit maculis lucentibus Atys.

Hosce orbiculos Paullus Silentarius vocat πορφυρέας καὶ ἀργυρέας αὐτὰς in descriptione hujus marmoris, quæ antiquam elegantiam ac venustatem Græcam redolet

Καὶ Φρύγα δαιδαλέοιο διέθριστο αὐχένος πέλρα,

Τὸν μὲν ἰδεῖν ρόδοντα μεμυγμένον ἡέρι λευκῷ,

Τὸν δ' ἄμα πορφυρέοισι καὶ ἀργυρέοισι αἰάταις,

Ἀέρον ἀπαστρέποντα.

Et Phrygiam variegati marmoris cervicem incidit, illam quidem aspectu rosaceum colorem albo aëre permixtum referentem, hanc vero purpureo simul, ac argenteo flore suaviter coruscantem.

In Proconneso, quæ una Sporadum in Propontide jacet, marmor etiam celebratissimum excidebatur. Stephanus Προκόννησος μία τῶν Σποράδων ἐν Προποντιδί, Ptolemaeo tamen Προκόννησος, & Cosmae Προκόν-

DE PROCONNEJO.

Top. Christ. p. 140. edit. Paris.

νησος.

Schol. Apol-
lon. II. 278.

XIII. p. 588.

ap. Salmas. in
Plin. exerc.
p. 495. ed. Tra-
ject, ad Rhen.

V. 32.

σης. Duo alia nomina sortita est, quae sunt *Neurís*,
& *Elaphonnesus*. Ε'λαφόννης a multitudine cervorum
dicta apud Dionysium Atheniensem ἐν κνήσει, non vero
κνίσει, quem postremum librum Dionysio Chalci-
deni tribui pluribus probat V. Clar. Scherpezius,
allucinationibus Meursii, Vossii, Maußaci, alio-
rumque doctissimorum virorum detectis. Hac igitur
in Insula sita inter Parum, & Cyzicum nascebatur
marmor album laudatissimum, ut illud nominat
Strabo μέταλλον μέγα λευκὴ λίθῃ σφόδρα ἐπαινέμενον. In can-
dido tamen venas habuit nigras, ut ostendit Auctor
vetus de marmoribus, qui nondum est editus,
φλέβας δὲ διέλκει μελαίνας, πῇ μὲν εἰς εὐθὺ, πῇ δὲ καμπύλας ἢ σπιν-
νεύμενας *venis intercurrentibus nigris, modo recto di-*
scursu, modo obliquo, & intorto. Plinius Procon-
nesium vocat *Cyzicenum*, quoniam Cyzicum spe-
ctat Elaphonnesus, sive Proconnesus, *in Proponti-*
de ante Cyzicum Elaphonnesus, unde Cyzicenum mar-
mor. Verum alia ratione, ut conjectare facile pos-
sumus, dictum *Cyzicenum*, quod praeclara Cyzici
opera ex marmore Proconnesio construebantur.

Quam

Quam sententiam ex loco Strabonis statuimus

τὰ γὰρ κάλλιστα τῶν ταύτης πόλεως ἔργα, ἐν δὲ τούτοις πρῶτον, τὰ ἐν XIII. p. 589.

Κυζίου, ταύτης ἐστὶ τῆς λίθου *Itaque earum, quae isthic*

sunt, urbium opera, ac praecipue Cyzici, ex eo

sunt lapide, scilicet Proconnesio. Cyzicus enim

cum primis Asiae urbibus comparanda, ab Antiquis

celebratur, tanquam Civitas ornatissima *arce, moe-*

nibus portu, turribusque marmoreis, ac inprimis Flor. III. 5.

ob Hadriani templum ἐν ταυτοπλεύροις πέτραις, tum ob Anthol. IV. 23.

jus Metropolitum, quo gaudebat, praefecturae

Hellesponti, ut constat ex prisco marmore apud

Sponium ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΜΗ- Miscel. p. 112.

ΤΡΟΠΟΛΕΩΣ quod ex verbis Johannis Malelae Chronog. p. 364. ed. Oxon.

magis illustratur μητρόπολις μεγάλη τῆς Ἑλλησπόντου ἐπαρχίας.

Eximios habuit Artifices, de quibus in Codice

Theodosiano *de Aquaeductu*, scientia ac peritia

in artibus manuariis celebres pariter saeculo Vitru-

vii, qui sub Augusto floruit. Hinc *Triclinia Cyzi-* IV. 10.

cena, Buleuterion Cyzici. De Architectis Cyzice- Plin. xxxvi. 15.

nis etiam Strabo mentionem facit, ubi de Rhodiis XIV. p. 653.

κτίσταις δὲ ὥσπερ ἐν Μασσαλίᾳ καὶ Κυζίῳ τὰ περὶ τοῦ ἀρχιτέκτο-

τας καὶ τὰς ὀργανωτοίας καὶ θυσαυρὸς ἰσταν τε καὶ τῶν ἄλλων, ἰστω-

ύδων διαφερόντως *Heic ut & Massiliae, & Cyzici de Architectis, & instrumentis, atque armamentariis varis summa est adhibita procuratio.* Sed ut re-

deat, unde discessit, oratio. Marmor Proconne-

Plin. xxxvi. 6. *licarnassi domus splendida Proconnesio marmore fuerit exulta.* Ante Plinium Vitruvius jam adnota-

II. 8. p. 29. *verat, quod domus Halicarnassi potentissimi regis Mausoli, cum Proconnesio marmore omnia haberet ornata, parietes habet latere exstructos.* Templum

Sanctae Sophiae Paullus Silentarius

p. II. 160.

δύο τε περιλήψεα Προκονήσου.

Et duas perinde [columnas] ex inclita Proconnesio advectas habuisse narrat. In crustis murorum etiam id marmor adhibitum

188.

Λαίτερον δ' ἀπὸ τοῦτοις ἐγγράφα δαίδαλα τέχνης

Πάντοθεν ἀεὶ ἀπὸ τῶν ἀλκιφεῶν Προκονήσου.

In lapideo muro daedalea undique coruscant artis opera maritimae Proconnesi. Mos enim antiquus fuit Senecae temporibus, *ut parietes advectis trans*
ma-

maria marmoribus fulgerent. Quae Vitruvius Ep. 114.
crustarum marmorearum varietates dixit : in quo VII. 5.
 Romani Aegyptios imitabantur. E Proconnesio Athen. IV.
 pariter Sarcophagi constructi , uti Antiquae Inscrip-
 ptiones ostendunt p. 206.

ΚΑΙ ΕΘΗ

ΚΕΝ ΣΟΡΟΝ ΠΡΟΚΟΝΝΕΣΙΑΝ

In altera item mentio fit

marm. Oxon.
 p. 61. ed. Lond.
 1732.

ΣΟΡΟΥ ΠΡΟΚΟΝΝΗ

ΣΙΑΣ

P. 24.

In Codice Theodosiano de *Indulgentiis debitorum*
 mentio fit *Proconnesii marmoris*, cujus usus frequens
 aevo Imperatorum Honorii, & Theodosii Junioris,
 quo magnò aestimabatur. Quin antea Constanti-
 nus, ut Zosimus narrat, *ἑψίδας μαρμάρου Προκοννησίου μεγίστας* II. 3.
fornices maximos fori e *Proconnesio* fecit *marmore*.

Thasus una Cycladum Nesti ostiis opposita, cele- DE THASIO.
 bris ob auri metalla, quae Phoenices invenerunt, & ob Herod. VI.
 marmoris lapicidinam , quod *Thasium* est denomi-
 natum. Aetate Papinii Statii, qui sub Do- P. 47.

mitiano floruit , non tanti habitum , ubi Bal-
neum Etrusci describit,

34. *Non huc admiffae Thafus, aut undosa Carystos,*
quam fuit antiquis temporibus : etenim Domitio-
rum monumentum circumseptum fuisse lapide
Thafio Svetonius memoriae confignavit. Catonem
etiam Vticenſem *μνήματος ξειοῦ λίθων Θασίου κατασκευάσμενος*
ἐν τῇ Αἰνίου ἀγορῇ monumentum politum ex Thafio mar-
more [fratri Caepioni] *posuisse in foro Aenorum a*
Plutarcho accepimus. Ex *albissimo item marmore*
Thafio externa Cestii pyramidis materia constat, uti
observavit Petrus Bellonius. Magna copia hujus
marmoris aetate Senecae , ut ex eo Piscinae orna-
rentur , *Pauper sibi videtur , ac sordidus , nisi*
Thafius lapis , quondam rarum in aliquo spectacu-
lum templo , piscinas nostras non circumdedit. Ve-
rum sub Hadriano non vile marmor, namque Athe-
nienſes ſtatuas duas *ἐκ Θασίου λίθου e Thafio marmore*
in ejus honorem ponendas curarunt in templo Jo-
vis Olympii , quod ipſe poſt Perſeum regem Ma-
cedoniae , & Antiochum Epiphanem Syriae regem
per-

Neron. 50.

Cat. Min.
p. 764.

I. 7. de oper.
antiq. prae-
ſtant.

Epist. 68.

Pauf. Attic.
p. 42.

perfectit, & consecravit, atque ob id in numis & marmoribus ΟΛΥΜΠΙΟΣ appellatus. Thasium Candidi fuit coloris, etsi *Lesbium lividius hoc fuerit*. Nomine *Lividius* denotatur, ut opinor, color albi, nigrique particeps, Graece λευκοφαῖος, aut potius *in candido pallidus*, vel *in pallido candidus*, ut Marcellus & Barbarus ἀχρόλευκον ἄνθος in Dioscoride interpretati sunt. Sic etiam apud Hippocratem ἀχρόλευκος γλῶσση *lingua ex pallido albescentis*, aut *cum albedine pallescentis*, ut habet Foësius.

Plin. XXXVI.6.

IV. 43.

VII. epid.
p. 1211.

Neque ultimum locum habuit inter marmora Graeca Carystium, a Carysto insula inter Cycladas ita denominatum, non vero *quod charum, & gratum sit* his, qui gemmas sculpunt, ut deliravit Isidorus. Nascetur sub Ocha Euboeae monte, unde λίθος Εὐβοῆς *Euboicus lapis* a Polluce dictus. Ocha μέγιστος ὄρυς sub quo posita Carystos. Stephanus Byzantius, cujus epitome tantummodo superest, haec habet de Carystio Ὁλὴ ὅρος τῆς Εὐβοίας ἐν ᾗ τὸ λατόμεον τῶν Καρύστιν κίονος, sed lapicidinae situm juxta Marmarium πάλιν Εὐβοίας *Euboeae oppidum* jam indicave-

DE CARYSTIO.

XVI. Etym. 5.

De Urbib.

X. p. 446.

rat Strabo Κάρυσις δὲ ἔστιν ὑπὸ τῇ Ἰρῇ τῇ Ὀχῇ πλησίον δὲ τὰ
Στύρα, καὶ τὸ μαρμάριον, ἐν ᾧ τὸ λαβόμενον τῶν Καρυστίων κούρας,
ὅπου ἔχον Αἰτωλῶντος Μαρμαρίου *Carystus sub monte Ocha*
sita est, in propinquo Styra, & Marmarium, ubi
Carystiae excinduntur columnae & templum ibi
marinorei Apollinis. Hinc columellae Carystiae

V. Epist. xox.

Vil. Surrent.
Pollii. 93.

apud Plinium Juniozem. Marmor Carystium viri-
de. Papinius Statius

Et Chios, & gaudens fluctus aequare Carystos,
non spectare, ut in priscis editionibus, sed aequa-
re ex emendatione Salmasii. Id alibi confirmat
Statius

Euchar. ad Do-
mit, 28.

glauco certantia Doride saxa.

Idem in Epithalamio Stellae, & Violantillae,

149-

& concolor alto

Vena mari.

Ob id *Saxosa* dicta,

Theb. VII. 370.

non te saxosa Caryste.

In quo imitatus Lucanum, ubi de insula Eu-
boea,

Phars. V. 232.

Qua maris angustat fauces saxosa Carystos.

E

E Graecis non omittendus Paullus Silentarius

p. II. 203.

Ἰση καὶ χλαρὰ Καρύστου

Nāta μεταλευτῆρι χάλυψι ἐχάραξεν ἰδόντι

*Ubi & virentia Carysti terga lapidario dente fer-
rum sculpsit. Carystium autem non totum virebat,
sed maculis inspergebatur, ut ex loco Senecae con-
jicimus,*

An ferax varii lapidis Carystos.

Troad. 835.

Strabo inter metalla τῆς ποικίλης λίθου Carystium etiam IX. p. 437.

collocavit. Marmora Carystia, Aegyptia quoque,

& Phrygia boni coloris, & ποικίλα *varia* vocat

Dio Chrysostomus λίθου ἐυχρίων καὶ ποικίλων ἢ Τηίων, ἢ Or. LXXX. p. 664

Καρυστίου καὶ τοῦ Αἰγυπτίου, καὶ Φρυγῶν παρ' οἷς ἐστὶ τὰ ὀρη ποικίλα

lapidum boni coloris, & variorum (urbs) Teorum,

vel Carystiorum, atque quorundam Aegyptiorum,

Phrygumque, apud quos varii etiam montes sunt.

Uti recte hunc locum interpunxit, ac intellexit Isaa-

cus Casaubonus: significare enim voluit Dio, hasce

civitates ob marmorum praestantiam non esse ta-

men feliciores aliis, neque meliores. Euboea, si-

ve Chalcis apud Plinium *notior marmore Carystio*, IV. 12.

at-

atque ob id a Pomponio Mela dicta, ut opinor,
opulentissima. Ejus lapicidinae mentio in corpore

DXCIII. 8. ed. Inſcriptionum A LAPICIDINIS CARYSTIIS, ex
Amſt.

quibus exciſae columnae, eiſque delectatus Ma-
murra Formiis natus, eques Romanus ſub Cajo Julio
epig. xxx. Caefare, Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus,

qui primus columnas ſibi comparavit *omnes ſolidas*

ap. Plin. xxxvi. 6. *e Caryſtio, aut Lunenſi marmore*, ut Cortelius Ne-

pos memoriae tradidit. Eiſdem ornata Villa Gor-

Capitol. in dianorum in via Praenestina, quae numerum L.
Gord. IX. 76. aequabant, & balneum Tuccae, de quo Martialis,

De marmore omni, quod Caryſtos invenit.

DE CHIO. Inſula Chios celebris cum ob vinum, tum ob mar-

Plin. xxxvi. 6. mor, quod habuit *verſicolores maculas*, in area ta-

Theoph. de la- pid. p. 392. men *μίλας διαφανῆς niger perſpicuusque* color infederat,

quamvis variegata, & *ποικίλη*. Eo marmore Villa

Surrentina Pollii exornabatur, quam deſcribit

P. Statius,

Et Chios & gaudens fluctus aequare Caryſtos.

Post Theophrastum, qui de Chiorum lapicidinis

Cic. de Divin. I. & II. diſſeruit, Carneades philoſophus ſermonem quoque

ha-

habuit: easque meminit Plinius ubi de Chio, *mon-* V. 31.
tem habet Pellenaeum, marmor Chium, eadem
cogitandi, dicendique ratione, qua ante cum usus
est Strabo τὸ Πελωναίου ὄρος ὑψηλότερον τῶν ἐν τῇ νήσῳ. ἔχον δ' ἡ XIV. p. 645.
νήσος καὶ λατόμεον λίθου Pelinaeus mons omnium ejus in-
sulae altissimus. Habet haec insula etiam fodinam
marmoris. Hinc alicui in mentem venire potest
Plinium e Strabone isthaec desumpsisse. Sed falli-
tur, nam ejus volumina nunquam legisse videtur:
nusquam cum nominat in Elencho Auctorum,
quorum nomina singulis Historiae Naturalis libris
subjecit. Quod & vidit Criticorum princeps Clau-
dus Salmasius in Exercitationibus Plinianis. Chios
ad radices Pellenaei posita apud Dionysium Ale-
xandrinum

Καὶ χίος ἡλιεῖτε πελλωναίου ἐπὶ πύργῳ.

Chii muros ex eo marmore fecerunt: quod ma-
 gnificum opus cum omnibus ostentarent, fertur
 in id facetum dictum Marci Ciceronis *multo, in-*
quit, magis mirarer si Tiburtino lapide fecissetis.

In Cybelis monte Phrygiae, cujus meminit Dio- III. p. 134
 I dorus,

DE CYBELI.
CO.

dorus, marmor fuisse effossum argumento est Inscriptio X. Oxoniensis, quae in donariorum recensione ad ornatum Gymnasii Smyrnenfis haec habet

p. 21.

KEIONΑΣ ΚΥΜΒΕΛΛΕΙΤΑΣ

p. 84.

Seldenus *columnas striatas* interpretatus est. At Reinesius *columnas Cybelicas*, quae, ut Vir Clarissimus existimat, e Cybelis eruebantur, a quo monte, Rhea Deorum mater, denominata Cybele, atque ὀρειά μητις appellata, quoniam EN KYBEΛOIS ΕΦΑΝΗ in *Cybelis apparuit*. Κυβέλα *Cybeli* enim ὅρη Φρυγίας, ἐνθα [ἡ Κυβέλη] ἐτιμᾶτο *montes Phrygiae sunt, ubi Cybele colebatur*, ut adnotavit Hesychius. Sic Σιπυλίην *Sipylensis* etiam dicta a Sipylo altero Phrygiae monte, ut refert Ulpianus, ubi enumerat *Deos, quos S. C. & constitutionibus Principum heredes constituere concessum est: Apollinem Didymeum, Dianam Ephesiam, Matrem Deorum Sipylensem, quae Smyrnae colitur*. Smyrnae enim extabat καὶ πρὸς τῇ Μητρί, καὶ πρὸς τῇ γυμνασίᾳ & *Magnae Matris templum, & gymnasium*. Id quoque confirmat foedus
dus

Post Cod.
Theodos. p.
92. edit. Paris.
1686.

Strab. IV.
p. 646.

dus Smyrnaeorum , & Magnetum , cum utrique
jurent per

ΜΗΤΕΡΑ ΤΗΝ ΣΙΠΥΛΗΝΗΝ.

Coraliticum in Asia repertum , ut Plinius me-
morat , *candore proximo ebori* , & *quadam simili-*
tudine , denominatum , ut opinor , a Coralio flu-
vio , qui oritur in Phrygia , *Sangarius a plerisque*
dictus , de quo Apollonius Rhodius

ποταμὸν εἶμα Σαγγαρίου.

Unde *Sangarius* etiam lapis denominatus apud Grae-
cos post Heraclium Magnum , ut in *Catalogo sepul-*
chrorum Imperatorum Constantinopolis *λαρὰ Σαγγαρίου*
urna e Sangario marmore. In corpore Inscriptio-
num mentio duum simulacrorum Spei , quae in
templo Fortunae Praenestinae a Sulla exstructo ,
erant posita.

FORTVNAE

PRIMIGENIAE

TI. CLAVDIVS

THERMODON. ET

METIA. M. F

I 2

LO-

Inf. Oxon.
p. 61.

DE CORA-
LITICO ,
RHODIO ,
TROADEN-
SE , BOSPHO-
RICO , PHEN-
GITE , ET
ONYCHITE
GAPPADO-
CIO.

xxxvi. 8.
VI. 1.
II. 724.

LXXVI. 9.

LOCHIAS EIVS
SIMVLACRA DVO
SPEI
COROLITICA. D. D

Quae simulacra bina cubita, & non ultra aequasse
reor, cum ex Plinii sententia, marmor Coraliti-
cum sit *mensurae non ultra bina cubita*. Neque in
ampliolem molem poterat assurgere, ut auctori-
te Imperatoris Porphyrogenneti confirmatur, ubi
de Phiala loquitur, quam Basilus Macedo posuit in
vestibulo Basilicae Constantinopoli constructae
*ἐκ τοῦ Σαγάρου λεγομένου λίθου ex Sagario sic nuncupato la-
pide concinnata, quem λευκὸν λίθον album lapidem*
dicit. Rhodium vero aureis guttis, respersum, ut
Lyfimachus inquit apud Plinium, denominatum a
Rhodo urbe celeberrima super orientali promonto-
rio sita; unde P. Statio dicta aspera Rhodas.
Troadensis denique marmoris meminit Lex IX.
Cod. Th. de Indulgentiis Debitorum. In Ida mon-
te fortasse inventum, de quo Cointus Smyrnaeus

p. 201. edit.
Paris.

xxxvii. 10.

I. Sylv. I. 104.

VII. 400.

ἐπὶ δ' ἂρ' Ἰδαίῳ ὄρει φαίνεται κελύκη

110X

*nox Idaeorum illis montium vertices apparent : unde
Statio dictus Iliacus Mons , id est Lapis ,*

Mons Libys , Iliacusque nitent , & multa Syene. in Euch. ad Do-
mit. 31.

Ἰλίον πάλιν Τεμάδες , ut inquit Stephanus. Cum Tro-
adense ob locorum viciniam conjungendum puto
marmor aliud , Bosphoricum dictum , albi coloris , at
in extremis oris nigricantis , sed incertum qua in Thra-
ciae parte nascebatur , de quo Paulus Silentarius

Ἡγεμα δὲ φρίσσουσι διαπεραι Βοσπορεὶς αἰγλή p. II. 249.

Ἀκρομελαινώμεντος ἐπ' ἀργέννῳ μεταλλῷ

*sed & subfremens renitet splendor Bosphoricus can-
didi lapidis subnigricantis.* Bosphorum Thracium
paullo accuratius , quam alii , describit Polybius τὸ δὲ

τὸ Πόντου (ὅριος) παραπλησίως ὀνομάζεται μὲν Βόσπορος Θράκιος , IV. p. 307. edit.
Paris.

ipsius Ponti (os) similiter vocatur Bosphorus Thracius,
porrectum in longitudinem ad centum viginti sta-
dia : latitudo vero non ubique semper eadem. Oris
principium , ut observat idem praeclarus Historicus,
e Propontide venienti , est illud intervallum , quod
Chalcedonem , & Byzantium interjacet , stadio-
rum quatuordecim.

XXXVI.22.

14.

XII. p. 540.

Sub Nerone marmor repertum in Cappadocia candidi coloris, sed venis fulvis refertum, atque ob clarum fulgorem *Phengite* dictum, ut narrat Plinius, *sub Nerone Principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus, atque translucens, etiam qua parte fulvae inciderant venae, ex argumento Phengites appellatus. Hoc construxerat aedem Fortunae, quam Sejam appellant, a Servio rege sacram, aurea domo complexus. Porticus hoc marmore ornavit Domitianus, in quibus de more spatiebatur, ut ait Suetonius, porticum, in quibus spatari consueverat, parietes Phengite lapide distinxit: e cuius splendore per imagines quicquid a tergo fieret, provideret. Fodina autem marmoris Onychitis in Cappadocia prope Galatiam, sub Archelao reperta, de qua Strabo λέγεται δὲ καὶ κρυστάλλου πλάκας καὶ Ὀνυχίου λίθου, πλεονέου τῆς τῶν Γαλαθῶν, ὑπὸ τῶν Ἀρχελαίου μεταλλούτων ἐν τῇδε, dicitur etiam *CrySTALLI tabulas, et Onychitis lapidis prope Galatiam inventas fuisse ab iis, qui Archelao metalla effodiebant. De Archelao I. intelligendus Strabo, qui ab Antonio Rex Cappadociae**

con-

constitutus, ejecto Ariarathe A. M. 3970. ante Eram Christianam 34. non vero de Archelao II. qui a Tiberio Romam arcessitus ac insimulatus, quasi novis rebus studeret, senio fessus ac labore confectus vitam finiit, post cujus mortem Cappadocia in Provinciae formam est redacta.

Suet.37.

Marmor Tyri vel Sidonis candidi coloris, de quo Papinius Statius

DE TYRIO
ET HIERO-
SOLYMITA-
NO.

Quasque Tyrus niveas secat & Sidonia rupes.

Baln.Etrusc.39.

In Libano perfossum ex eisdem Lapidinis, ut arbitror, ex quibus Salomo marmora eruit, ut templum Hierosolymis construeret, quod ἡ κεφαλὴ τῆς ὁμοφύτης ἐκ λευκοῦ λίθου usque ad lacunar ex albo lapide conditum.

Jos. Hebr. VIII.
Ant. Heb. 3. p.
422. edit. Amst.

Regia item ἐκ λίθου λευκοῦ. Lapis dictus *Tyrius*, nam λίβανος μὲν τὸ ὄρος τὸ ἐπὶ τῆς Φωίνικης. *Libanus mons Phoeniciae imminet*, ubi Tyrus & Sidon. Justiniani tamen temporibus Hierosolymae in montibus prope urbem inventum marmor, e quo ingentes columnae excisae, τῇ χερίματι πυρὶς τινα φλόγα *ignis flammam colore referens.*

p.433.

Euseb. in Hec.
p. 483. edit.
Paris.

Procop. de Aed.
Just. V. 6. p.
103.

Porinum colore, ac densitate Pario persimile,

DE PORINO.

levi-

levitate tamen tophi, a quo nomen accepit. Theophrastus : Πᾶρος ὁμοίος τῷ χρώματι καὶ τῇ στυρότητι τῷ Παρίῳ, πρὶν δὲ κερφόσσηται μόνον ἔχον τὴν πάριν. Quod Plinius vertit

XXXVI. 18. *Parioque similis candore & duritie, minus tamen ponderosus, qui Porus vocatur.* Antiquis, quae e Poro formabantur, Πάρια dicta. Hinc πάριος Σαληνός

Plut. in vit. An- doc. p. 835. *simulacrum Sileni ex Porino marmore :* ex quo celebratissimum templum Apollinis Delphici constructum auctore Herodoto. Parietes quoque templi

III. p. 63. Jovis Olympii, cujus Dorica exaedificatio erat, ἐπιχρᾶσθαι πάριν *ex Poro lapide istius regionis,* fuerunt exstructi. Sic & λίθον παρίονα κρηπὶς ἐν τῇ Ἀλτῇ *in Alti*

P. 497. *crepido e Porino lapide,* ad eam Junonis partem, quae ad Aquilonem spectat. Altis est in Olympia maxime palustris locus.

DE SCYRIO, DEVCALIO, HIERAPOLITICO AC DE DVPLICI LYDIO. Acceptissima Romanis fuisse marmora Scyria, Deucalia, & Hierapolitica variis coloribus distincta, quibus publica, ac privata edificia ornabantur, testis Strabo, iisque usos fuisse pro formandis tabulis, ac columnis solidis τὰ μέγιστα τῆς παλαιᾶς λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυίας, καὶ τῆς Δευκαλίας, καὶ τῆς Συνο-

IX. p. 437. δικῆς

δικῆς καὶ Γεραπολιτικῆς. μυελίθους γὰρ κίονας καὶ πλάκας μεγάλας ἔχον
 ἐστὶν ἐν τῇ Ρόμῃ τῆς παλαιᾶς λιθίας ὑφ' ἧς ἡ πόλις κοσμηθεὶς δημοσίᾳ τῇ
 καὶ ἰδίᾳ *Metalla varii Scyrii lapidis sicut, ἐξ Carystii, ἐξ
 Deucalii, Synnadici, Hierapolitici, nam e vario mar-
 more columnas, tabulasque unico marmore constantes
 videre possis Romae, quibus publice, privatimque urbs
 exornatur.* Posterioribus etiam temporibus Imperii
 Graeci in usu erat marmor Hierapoliticum: unde
 λέγουσθε Γεραπολίτης in catalogo monumentorum, quae
 Imperatores Byzantini sibi extrui curabant. Scyrus
 una ex Cycladibus contra Magnesium posita, vox
 est Phoenicia, ut opinatur Samuel Bochartus, ac
 respondet Arabicae *البحر* petram denotanti, unde
 Graecis etiam *σκαρδαρία*, in Pindarō autem *σκαρδαρίας ὁδοί*,
 quam Scholiastes *λιθόστρωτος* explicat: ita metropolis
 Arabiae Petreae *الحجر* *Hagiar* *αβρα* *petra*, Hebraeis
 vero *בית ספר* inter montes sita *בית ספר* *in petra*, ut refert Geogra-
 phus Nubiensis. Ithaca, Vlyssis patria *Ἰθάκη* Hebraice
דור *dura*, *aspera* insula, culturaeque non patiens,
 ut describitur ab Homero,

Psal. CIII. 13.
 Matth. XXVII.
 51.
 Pyth. V. 124.

II. Reg. XIV. 7.
 Esd. XVI. 1.
 Clim. III. part.
 5.

I. Odys. 242.

Ἦτοι μὲν τερχοῖα καὶ ἔχ' ἰσπηλάτος ἔστιν.

K

In-

Innumera e Graecis possent adjungi, quae Viri doctissimi diligentiam effugerunt, ni ea res longius nos ab incoepto traheret; unde haec tantummodo haud gravatim in medium proferre statuimus. Pella in Macedonia, qua natus Magnus Alexander, a lapidibus nomen habuit, ut opinatur Vlpianus Πέλλα περὶ τοῦ πέλλας, τοῦ λίθου κατὰ τὴν Μακεδόνου φωνήν. Sita in tumulo, ac in loco praerupto & petricosso, ut binis apparet numis.

not. ad orat.
Demost. de fals.
Legat.
Liv. XXIV. 6.



Λαῖς *Las* nomen urbis Laconicae, quae supra rupem posita, de qua Lycophron,

in Cassand. 95.
ed. Lond.

Καὶ Λαῖν παρήσκει.

Huc respexit Stephanus Byzantius καὶ τὰ δ' ἐπὶ πέτρῃς ὑψηλῇς, διὸ καὶ Λαῖ καλεῖται. Eustathius vero τὸ δ' Λαῖον, ὃ ἐστὶ λίθον. Ejus ruinae aetate Pausaniae ostendebantur.

in Il. Iliad.

Lacon. p. 272

Latomiae Urbs in sinu Carthaginiensi a Lapididinīs denominatae λατομίαι πύλεις καὶ ἐπ' αὐτῇσι πέτραις ὀνομαζόμεναι cujus

Strab. XVII.
p. 834

jus civitatis meminit etiam Diodorus. In sinu

Arabico prope os Sabaiticum *ῥῆσι ἐξ λατομίας παλόμεναι*

Diod. XVI. p.
770.

insulae sex, Latomiae. Thebaidis *Alabastrum oppi-*

Plin. XXXVII.
8.

dum ad Alabastrite marmore, quod ibi in vasa tor-

naretur. Sic & *Porphyrio* apud Cassianum a Por-

phyrite marmore denominatus, ut infra dicemus.

De Lydio marmore (ut, unde fueram digressus,

redeam) rubro, pallidoque colore commixto men-

tio tantummodo facta apud Paullum Silentiarium,

part. II. 215.

καὶ ὁπωπὶς Λύδιος ἀγκύων

Ὡς γὰρ ἐρευνήσῃς μεμυγμένον ἄνθος ἐλίσσας.

Et quacunque Lydius anfractus pallidum rubenti com-

mixtum florem volvens.

Lydium aliud atrum est, cujus duo antiqua ac

praeclara monumenta in Capitolio visuntur, gemini

nampe Leones, statuaeque geminae duos reges ca-

ptivos repraesentantes, quas Clemens XI. optima-

rum artium restitutor ex Villa Caesiorum tradu-

ctas, in Capitolio ponendas curavit anno MDCCXIX.

Ex Batthio lapide, ut primus omnium Boissardus

memoriae tradidit, sunt efformatae, in quem Mer-

II. metam.

curius Battum vertit, ut cecinit Ovidius,

K 2

pet-

perjuratae pectora vertit

In durum silicem, qui nunc quoque dicitur index.

XXXVL 20.

Plinius lapidem *Basanitem* vocavit ὅταν τὴ βασανίσῃν *ab explorando*, ejus namque attritu exploratur aurum.

ap. Athen. XIII.
P. 574.

Pindaro est βάσις, Hefychio vero βασανιστής, λίθος δὲν λέγεται Λυδίου (Λυδία legendum putat Gujetus) λίθου γένος, καὶ λίθος βάσις ἢ βασανιστής τὸ χρυσίου ἰδιώματι. Item χρυσίτης λίθος, ἢ καλυμένη βάσις, ἢ Λυδία. Apud Themistium in oratione, quae βασανιστής inscribitur, βασανισθέν χρυσὸν est lapis Lydius. Hujus marmoris insignes tabulas videre est in ornatissima ac splendidissima Villa Burghesia.

DE LESBIO,
ET HERA-
CLEO.
XXXVI. 6.

Lesbium candidi fuit coloris, quamvis *Lividius* Thasio, ut Plinius adstruit. Albus enim color ad lividum pergit. Vnde Achilles Tatius de

II. de Clit. Is-
men. amor. p.
169. ed. Lugd.
Bat.

Andromedae, saxo alligatae brachiis haec ait καὶ εἰ μὲν ὀλένην ἄρραστον ἔχουσα τὸ λευκόν, οἷς τὸ παλιδνὸν μετέβαλλον *brachio- rum autem candor ad livorem pergebat.* Ejusmodi erat Jassense marmor scilicet λευκῇ περιδύμενον *albo-livi-*

Silent. part. II.
213.

do colore. Marmor Lesbium memorat antiqua Inscriptio Romana apud nobilissimum Marchionem Alexandrum Caponium antiquitatis amantissimum, quam

quam summa humanitate mecum communicavit
clarum Italiae fidus Vir Doctissimus Ludovicus
Muratorius.

CAECILIAE. SEXT. F. IVSTAE
QVAE VIXIT. AN. XLVII. M. III
CVIVS RELIQVIAS CINERVM
HIC. OSSA. SEPVLTA PIE NVNC
BLANDAE MEMORIAE QVIESC
TVTE TECTA TIBVRTINO
LVNENSE LESBIO LAPILLO
Q. V. F. ET. F. O. ISTO.

De Heracleo tantum in Vitruvio mentio, ubi X. 7.
refert Ephesios, cum fanum Dianae ex marmore
facere cogitarint, decrevisse a Paro, Proconneso,
Heraclea, Thaso uti marmore, nisi Pixodorus Lapi-
cidinam postea invenisset prope Ephesum. De He-
raclea in Caria Vitruvium intellexisse, inter Pyr-
rham, & Miletum sita *ἐν τῷ πελάγῳ*, quae Epheso
vicina, non vero de Heraclea in Ponto admodum
remota, facili conjectura cuilibet, dummodo an-
tiquae Geographiae non sit ignarus, licet assequi.

Strab. XIV. p.
658.

Mylassa, Stratonicea, & Alabanda inter Cariae

DE MYLAS-
SENSE, ALA-
BANDICO,

SIVE MILE-
SIO, JASSEN-
SE, ET EPHE-
SIO.
XIV. p. 658.

XXXVI. 8.

III. I. p. 121.
Argent. 1662.

urbes memorabiles in mediterraneis, numerantur a Strabone ἐν δὲ τῇ μειγαρίῳ, καὶ οὗτοι αἱ πόλεις ἀξιόλογοι, Μυλάσσα, Σφατονίκαια, Ἀλάβανδα. Mylassa montem habuit, in quo Lapidina marmoris albi ἐπίκειται δὲ κατὰ κορυφῇ ὅρις αὐτοῦ λατόμος λευκοῦ λίθου κάλλιστον ἔχει *ejus vertici imminet mons, unde albus lapis pulcherrimus abunde excinditur.* Ab Alabanda vero, quae urbs etiam est Cariae, marmor nigrum denominatum *Alabandicum*, quamvis ad purpureum colorem vergat. Plinius *Niger est [lapis] Alabandicus terrae suae nomine quanquam ex Mileti nascens, ad purpuream tamen magis aspectu inclinante.* Milesii marmoris mentio apud Herodianum, ubi de Byzantii urbe, quam occupaverat Niger, haec ait *περιτείχιστο γεννάει τε καὶ μεγίστη ἡ πόλις τάχος, πεποιημένη μολίτη λίθῳ οἷς περικύβηται ἰσχυρομένῃ* *urbs munita valido ingenti muro, qui Milesio quadrato lapide constructus.* Μολίτη erat in MS. Codice Angeli Politiani. At Brodaeus & Sylburgius hebent *μολίτη* hoc est *molari* lapide. Ignorabant enim Mileti in territorio, quae caput Ioniae ac celebris ob Oraculum Apollinis Didymaei, fuisse Lapi-

Lapicidinam, e qua eruti lapides illi, quorum mentionem fecit Herodianus : sic etiam Chii ex vernaculo marmore moenia urbis exstruxere. Idque Xenophanes indicat apud Origenem *ὁ Φιλοσοφούμενος*, qui ut probaret commisceri terram mari, documenta produxit ex Lapicidinis Syracusiis, Pariisque, ac praeter ceteris testatur *ὁ Μελίτη πλάκας συμπάντων τῶν θαλασσίων* *etiam cujuslibet marini generis crustas in Melito re-*
pertas. Origenis fragmentum Brodaeum latuit, nam ex Bibliotheca Medicea longe post eum vulgavit, notisque illustravit V. C. Jacobus Gronovius.

Jassense mramor obliquas habuit semitulas ex colore sanguineo alboque livido distinctas, de quo Paullus Silentarius,

Ὅσσα φάραγξ καθύπευθε Ἰάσσιδος εὗρε πελώνης,

p. II. 213.

Αἰμαλέν λευκῇ τε παλιδυθέντι κελεύθους

Αἰότανός φάινεται

Et quae profunda montis Jassidis parturiit vallis,
obliquis ex sanguineo alboque livido semitulis distin-
cta. In Jasso, ut videtur, perfossam, quae Insula est in Caria, continenti admodum vicina.

Strabo

xiv. p. 658.

Strabo Γασος ἐν νήσῳ καὶται περικυμένη τῇ ἡπείρῳ *Jasus in In-*
sula est praejacente continenti terrae. In Livio est
Jassius, in Plinio *Jasus*, & bene quidem, nam in
numis Domitiani, Aurelii IACEΩN legitur. Hinc

in Basil. Mac.
p. 205.

ad Jassense marmor referendus λίθος Καρυῆς *Carius*
lapis apud Constantinum Porphyrogenetum. Nam
Jassensis marmoris descriptio Cario respondet apud
veterem Auctorem de marmoribus, cujus fragmen-
tum profert Claudius Salmasius τὸν λίθον ὁ Κάριος λευ-
κὸς ἐστὶν ὡς ταυτὴ καὶ πορφύρου χρομῆτος ἀπολάμπων. Ephesium

Vitru. X. 7.

marmor *candidissimi coloris*, ex quo templum Dia-
nae exstructum.

DE CON-
CHYTE.

Conchyte marmor, ex quo Megara civitas
pluribus operibus ornabatur teste Pausania μόνους δὲ
Ἐλῆνας Μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης οὐτός ἐστι, καὶ σφίσι ὡς τῇ πόλει πεπετή-
σας πεπλάει ἐξ αὐτοῦ, Aristophani ὡς Δαδάλῳ ἐστὶ κογχυλίας λίθος,

Attic. p. 107.

VII. 100.

quem lapidem Pollux durum adstruit, πολλήρως ἔχων ὡς
ἐαυτῷ κογχυλίας [κογχυλίας legit H. Stephanus] ὥπεις. At-
qui Pausanias, qui Megarense lustraverat territo-
rium, mollem dixit ἐστὶ δὲ ἄλλου λευκὸς, καὶ ἄλλου λίθου μαλα-
κώτερος *est ille quidem insigni candore, ut alio quovis*
lapide

lapide mollior. Mendum suspicor in Polluce notarū incuria , qui cum oscitanter dictantem exceperit , posuit σπληνὸς loco λευκός. Et quoniam marinis con-

chis respersus , ideo lapis hoc nomen accepit πέγχε δὲ αἱ θαλάσσιαι διὰ παντὸς ἔκαστοι οἱ. Hinc *Megarica signa*, quae a Pomponio Attico Athenis commorante sibi mitti efflagitabat Cicero, ex hoc videntur fuisse marmore,

I. 8. & 9.

cujus lapicidinam prope Amphialam locat Strabo ἡ ἄρα Ἀμφιάλη, καὶ τὸ ὑπερκείμενον αὐτῇ ἄμφοριον *Amphiale promontorium* , & *superincumbens lapicidina*.

IX. p. 395.

Tauromeniti meminit Moschio apud Athenaeum , ubi mirabilem Hieronis navem describit , in qua Balneum ποικίλου τῷ Ταυρομενίτῃ λίθου *e Tauromenito lapide vario*. Tauromenium inter *Syracusas* & *Mes-*
senem , ut Vibius prodidit, e quo conspicua Charybdis

DE TAVROMENITO, SYRACUSIO, TRAGVRIO, ET MOLOSIO.

V. p. 207.

Taurominitana cernunt de sede Charybdis.

Silius XIV. 257.

in numo COL. AVG. TAVROMEN. qui respondet Plinio *Colonia Tauromenium*. Quid dicam de Syracusio ? Doctissimi viri existimant Latomias Syracusias esse locum carceris , ut ex Thucydide , &

III. 8.

Luciano praecipue id probant , qui eas vocarunt
Λατομίας Δαυρονίας. Verum pace tantorum virorum
 recte stare potest, prius fuisse Lapidinas, ac postea
 locum, quo rei detenti, si quid valet auctoritas
 Varronis & Sexti Pompei, (valet enim multum)
 Varro quod *Syraculis*, ubi simili de causa (rei) casto-
 diuntur, vocantur *Latomiae*, & de *Latomia* transla-
 tum, quod heic quoque *Lapidinae* fuerunt. Sextus
 vero Pompejus de *Syracusanis*, & habent ad instar
 carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad ex-
 struendam urbem. Haec lapicidas commemorat

ed.Gron.A.Gr.
 Tom. X. p.278.

Xenophanes Colophonius apud Origenem *de Φιλοσο-
 φείῃ*, in quibus inventas ait piscium & Phocarum
 figuras καὶ ἐν Συρακούσαις ὅ ἐν ταῖς λατομίαις ἐνεῖται τὸ πρὶν ἰχθύος
 καὶ φακῶν. Xenophanem Timaeus memoriae prodi-

Strom. p.353.

dit apud Clementem Alexandrinum, vixisse tem-
 pore Hieronis, qui in Sicilia principatum obtinuit.
 Apollodorus vero natum fuisse Olymp. XL. ac perve-
 nisse usque ad tempora Cyri, & Darii. De mar-
 more autem Tragurio inter Latinos Plinius solus
 mentionem fecit, *Tragurium Civiū Romanorum*,

III. 2.

mar-

marmore notum, quod omnium consensu modo *Tran* nuncupatur : post id *Sicus*, & deinde *Solona* in *Dalmatia*. *Molossium* marmor in *Epiri* regione *Molossis* dicta. *Molossorum* gens post *Cassiopiam* est, qui ad mare usque pertingunt, teste *Scyllace* in *Periplo*. *Variegatum* fuisse ac *Columnis* aptum ex *Paullo Silentiario* colligimus,

ἔπειτα, ποῖος

part. II. 131.

Κίονας ἐν τμήματι Μολοσσίδος ἑνδοθεὶ ἀνέστη

Ἀνθεσι διδυαλίαισι ποικιλόταται

*Nunquam tales Columnas intra Epiri fines variegata
distinctas floribus quisquam excidit.*

Haec habui de marmoribus Graecis, quae dicerem, nunc ad Aegyptia progrediamur : opus arduum & difficultatis plenum, cum desint plura monumenta, quae temporum injuria interciderunt, e quibus posset haec praeclara materia magis illustrari. Magnopere quidem deploranda est jactura Commentariorum *Ptolemaei Lagi*, atque *Hecataei*, qui de rebus Aegyptiis sub eodem *Ptolemaeo* pertractavit : major tamen, quae *Juba scribit ad C. Caesa-*

DE AEGYPTIIS MARMORIBUS.

Arrian. I. p. 1.
edit. Lugd. Bat.
Diod. I. p. 30.

Plin. XXXII. 1.
Athen. III. p.
83.

Or. Aegypt.
p. 349. edit.
Oxon.

III. p. 211.

rēm, Augusti filium de Arabia, vel *αὐτοῦ* *Λεύης*, in quibus plurima locutus ad Aegypti historiam naturalem pertinentia. Desiderantur Lycae Naucratis, Lyncei Samii, Hellanici, Demetrii Scepsii, atque Asclepiadis Myrleani *Αἰγυπτιώται*, quorum meminit Athenaeus. Desiderantur & *Υπομνήματα Commentarii* Aristidis, qui sub Antonino, Marco Aurelio, & Commodο vixit, ac quater Aegyptum lustravit ad Aethiopiam usque progressus, ut praeteream Commentarios Claudii Caesaris, Mutiani, Polybii, qui ab Scipione missus ad res Africae explorandas, vel libros Eratosthenis, Artemidori, Agatharchidis, Aristobuli, e quibus Diodorus, Strabo, & Plinius innumera excerpserunt. Hujus quidem jacturae in causa fuerunt conflagrationes Bibliothecarum, in primis, quae sub C. Julio Caesare, vel sub Arabibus, Alexandriae contigerunt, mutationes religionum, incursiones Barbararum nationum, quae Europam, & Asiam infestarunt, inscientia populorum, incuria denique, & avarities notariorum, qui, ut quaestui servirent, posthabitis Antiquorum voluminibus,

nibus, ad recentiora tantummodo exscribenda, utpote magis ad hominum captum, geniumque seculi accommodata, manus applicuerunt. Sic enim Romae periit Bibliotheca Luculli, Asinii Pollionis, Augusti, & Vlpia Trajani: sic & Attali & Eumenis Pergami regum, ut omittam selectam librorum suppellectilem, quam Constantinopoli coacervaverunt, ut nomen gloriamque sibi adderent, hominumque utilitatibus prospicerent, Constantius, Julianus, ac Theodosius Junior Augusti. Cur vero sub Aegyptiorum nomine, marmora etiam Arabica collocaverim, paucis me expediam. Quamvis enim in Aegypti *νῆμεις* *praefecturis*, diversi generis marmora invenirentur, maculis, & coloribus variis inter se distincta; omnia tamen *Aegyptia* fuerunt denominata. Clemens natus Alexandriae sacris, & secularibus literis instructus *νέθους Αἰγυπτίων* *marmora* adhort. ad gent. p. 43. *Aegyptia* appellavit, Pollux item, & Themistius *Αἰγυπτίαν* *νέθον*, Pausanias *νέθον Αἰγυπτίων*. Hinc & arena Attic. p. 42. Copti vocabatur *Aegyptia* aevo Plinii. Quid referam de Smaragdis, quos idem *Aegyptios* dixit? sed XXXVII. 5.

L 3

tamen

I. Georg. 228.
In Icarom. p.
200.

in Ezech. 30.

XVII. p. 790.

epist. 68.

tamen eruebantur circa *Coptum oppidum Thebaidis in collibus, & cantibus*. Quid de Lente? quam Virgilius summus Poeta vocavit *Pelusiacam*, uti & Lucianus, quanquam nasceretur in Thebaide, ac per Nilum in omnem Aegyptum, & praecipue in Pelusium plurima deferretur, ut Divus Hieronymus annotavit. Non sum nescius marmora in Arabiae montibus solita perfodi, sed in parte tamen Arabiae Aegypto adscriptae, cujus incolae a Ptolemaeo Alexandrino vocati *Ἀραβιῶται*. Quod Strabo clarius expressit *ὅτι τῶν πρὸς τὴν μέγαν μεταξὺ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τοῦ Νείλου σχεδὸν π. πάντα cum ex parte Orientis fere omnia, quae inter sinum Arabicum, & Nilum sunt, ad Aegyptum sua aetate pertinere dixit, uti & prius, cum creverat regum Aegyptiorum potentia. Qua de re Plinius Alabastriten in Aegypto ponit, quamvis in Arabiae montibus nasceretur. Quid vero si pro Aegyptiis Alexandrina dixissem? recte quidem dixissem cum Seneca, qui Aegyptia marmora, Alexandrina appellavit, ubi luxum Romanorum improbat, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta*

distincta sint. Eadem ratione *Βερενίκιον nitrum* *Berenicium* ab oppido Troglodytarum Berenice, Plinio *Aegyptium* audit, Galenus vero *ἐν τῇ περὶ ἐνπερί-
ων* nominavit *τῆς Ἀλεξανδρείας Alexandrinum*. Nec mirum, quoniam rerum species, quae alibi innascuntur, ab Emporiis saepissime, in quae deferuntur, nomen accipere solent. Ex India, & Ethiopia *ἡ πολυτίμητος κομίζεται φέρουσι οἱ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ποιεῖται πάλιν
οἱς τοῖς ἄλλοις ἐκπέμπεται τοῖς* *preciosissimae merces in Aegyptum advehuntur, ac rursus in alia exportantur loca ex Aegypto.* Quae in Alexandriam *Ἀλεξάνδρου πόλιν* *παλιν totius Aegypti metropolim* deferbantur. Sicque *Alexandrina* vocata marmora Aegypti a Seneca, ut minium, *Synopicum* cognominatum, quamvis in Cappadocia nasceretur, aetate Strabonis *ἐν δὲ τῇ
Καππαδοκίᾳ γίνεται καὶ ἡ λεγομένη Συναπικὴ μέλις. ἀνομάσθη δὲ Συνα-
πικὴ, διότι κατὰ γὰρ ἐκείνη οἰκίαν οἱ ἔμποροι* *in Cappadocia nascitur etiam praestantissimum omnium minium. Cappadocium Synopenfis cognomento laudatur, quia Synopen id solebant advehere mercatores. Verum ex Theophrasto id exscripsit Strabo, ubi de Rubrica loqui-*

ap. Galen. de
Comp. medic.
VI. 1.
XXXI. 10. 26.

Strab. XVII.
p. 798.

Jos. Heb. IV. de
bel. Jud. p. 309.
Dio. Chryst. or.
XXXII. p. 372.

XII. p. 540.

tur

de Lapid. p.
398.

IV. de bel. Jud.
p. 309.

II. p. 8.

II. p. 93.

tur αὐτὴ δὲ ἐστὶν ἡ Καππαδοκίη. πατάγεται δ' αἰς Σύνωπον *haec autem ex Cappadocia est, & Synopem importatur.* Sed praestat, ut recte dignoscere possimus, in qua parte marmora eruebantur, limites, & confinia Aegypti praecognoscere. Aegyptum descripsit Iosephus Hebraeus, quo nemo melius, nemo diligentius. Ab occidente loca arida Libyae habet, a meridie Syenen, qui eam ab Aethiopia dirimit: itemque ab oriente mare Rubrum ad Coptum usque diffusum, a septemtrione vero habet terram ad Syriam usque protensam, & pelagus, quod dicitur Aegyptium. In parte igitur orientali Aegypti montes Arabiae positi, in quibus Lapidinae inventae marmoris varii generis & sub Regibus Aegyptiis & sub Romanis Imperatoribus. Herodotus parens Historiae, qui Aegyptum, ad Syenen usque penetravit, Graecorum primus Lapidinas memoravit in monte Arabiae ad mare Rubrum fitas *de τῷ [ὄρει τῆς Ἀραβίας] αἱ λιθοτομίαι ἐνεσι.* Quo etiam spectat illud Diodori Siculi de Arabia, *ἐξ αἰσιν τὸ μέγεθος λαπιμίας ingentes passim Lapidinas suppeditat.* Strabo qui Nilum navi-

navigavit , & a Syene ad Phylas usque profectus
cum Aelio Gallo ordinis equestris , per quem Ara- XVII. p. 818.
bia felix sub Augusto primum subacta , marmorum p. 816.

Arabiae meminit. Verum ut praeteream Aristi-
demi , qui & de Lapidinis Arabicis sermonem ha-
buit , omnium diligentissimus Claudius Ptolemaeus
Alexandriae natus , in Geographiae libris , quos sub
Trajano , & Antonino Pio conscripsit , nominatim
recenset montium Arabiae situm , ac marmorum
genera , quae sua aetate ibi perfodiebantur , ubi
designat oram Arabicam Aegypti a parte Orientali
juxta Arabicum sinum , e qua dorsa montium pro-
tenduntur ultra Syenen , atque a marmoribus no-
men accipiunt : quamve tenent Arabes Aegyptii ,

Ichthyophagi denominati , τὴν δὲ παρὰ τὴν Ἀράβιον κόλπον ὄλῳ

IV. 5. p. 121.
edit. Amst.

παράλῳ κατέχουσιν Ἀραβουργίησι ἰχθυοφάγοι , ἐν οἷς ὁραται ῥάχαις , ἣτε

τοῦ Τροϊκοῦ λίθου ὄρεα , καὶ ἡ τοῦ Ἀλαβαστρίνου ὄρεα , καὶ ἡ τοῦ πορφύρεου

ὄρεα , καὶ ἡ τοῦ μέλανος λίθου ὄρεα , καὶ ἡ τοῦ βασανίτου λίθου ὄρεα *uni-*

versum autem littorale latus juxta Arabicum sinum

tenent Arabes Aegyptii Ichthyophagi , in quibus dorsa

montium sunt , Troici lapidis montis , & Alabastrini

M

montis

- montis, ἔς Porphyrity montis, ἔς nigri lapidis montis
ἔς Basaniti lapidis montis.* Locum quem incolue-
runt Ichthyophagi, sic designat Pausanias ἐπὶ Συήνης
ἐπὶ θάλασσαν παπικεύου Ἰχθυοφάγου *supra Syenen ad mare ru-
brum extremi habitant Ichthyophagi.* Sicque a Syene
incipientes αἰς ἀνατολήν universam finus Arabici oram
possident, ut videre est in Tabulis Geographicis
ejusdem Ptolemaci Alexandrini. Troici montis
Strabo etiam mentionem habuit διὰ τοῦ τοῦ μίτλων τῆς
λίθου, ἐξ ἧν αἱ Πυραμίδες γέγοναν, Τρωϊκὴν καλεῖται ποταμὸς ἱκανὸς
ἔχει circa loca, ubi lapides effodiuntur, ex quibus Py-
ramides factae sunt, mons quidam est nomine Troicus
satis petrosus. Ita dictus a Troja proximo vico,
quae παλαιὰ πηλὰ τῆς Μενελάου συγκρατελουθησάντων ἀρχαλιάντων
Τρώων κατοικούντων δ' αὐτοῖσι *antiqua Trojanorum habitatio
earum, qui captivi Menelaum secuti sunt, ἔς ibi
confederunt.* Quae Strabo desumpsit ex libro περὶ τῆς
Μενελάου πλάνης Aristonici Grammatici, qui ipsius aeco
florebat. Notum enim ex Homero Menelaum per
Aegyptum penetrasse ad Aethiopiam usque, ubi
Telemachum sic alloquitur,

καὶ Αἰγυπτίους ἐπαλαθούς

Αἰθίοπας θ' ἐκίμην, καὶ Σιδονίους, καὶ Εἰρέμιους;

Καὶ Λιβύην

per Aegyptumque vagatus

Aethiopes adii, tum Sidonios, & Erembos,

Et Libyam.

A Menclao Μενελαΐτης *Menelaïtes* urbs Aegypti fuit nuncupata, inter Hermupolin, & Metelin sita apud Hieroclem, cujus Episcopus Agathodoemon nemoratur a Divo Athanasio. Consulendi itidem nummi MENEΛΑΙΤΩΝ in honorem Hadriani, & Marci Aurelii cusi.

Epist. ad Antiochen. p. 776.

Verum aliam viam ingressus Herodotus, quoniam non ab Arabico sinu, ut fecit Agatharchides, ac deinde Ptolemaeus, sed a parte Egypti supra Thebas, montem Arabiae ad mare rubrum tendentem, descripsit. καὶ ὁ Ἡλιόπολις ἀπὸ ἑνὸς, ἐκ τῆς Αἰγυπτίας. Τῇ μὲν γὰρ τῆς Αἰγυπτίας ὁριζῶσι περὶ τὴν πόλιν, φέρουσι ἀπ' ἀρκύων καὶ μεσημερίης το καὶ ἑβδ, αὐτὸς ἀπὸ τῶν εἰς τὴν Εἰρηλίαν καλεσμένων θάλασσαν. οὗ τῇ αὖτε λιθοποιία ἔστιν *Ab Heliopoli autem superiora petenti Aegyptus angusta est, nam ab una parte*

II. p. 8.

mons Arabiae praetentus est , ab aquilone ferens ad meridiem , atque ad austrum , semper sursum tendens ad mare , quod rubrum vocatur. In eo sunt Lapicidinae. Cujus exactam descriptionem neglexit Strabo , qui locum innuit tantum , ubi de Aegypto loquitur ἡ δὲ τῆς ἐν τῇ ἑσπερίᾳ ἐρημίας ὄρεα , αἵ τε Λιβυαὶ καὶ αἱ Αἰγυπτίαι

XVII. 819.

ab ortu & occasu desertis & montibus Libycis & Arabicis munita : eique fatis visum Troici montis meminisse. Diligenter etiam montem Arabiae descripsit Jacutus Hamatenfis eadem Herodoti methodo وهو جبل يمتد من اسوان ودلان الحبشي على شاطئ النيل حتي ينقطع في طرف القاهرة *Mons hicce a Syene , & regionibus Habassiorum porrigitur ad Nili latus , donec abrumpatur ad extremitatem Alkabirae. Ubique locorum alio signatur nomine. Hinc constat montem Arabiae* المقطم *Almokattemum* المقطم *nomina-*
tum , a Syene protendi in Orientem , & ad Mem-
phin usque procurrere , nomina varia accipiendo. Hunc Jacuti locum , uti & alia quamplurima ex
ejus compendio Geographico excerpfit V. Clar. Al-
bertus

bertus Schultens de literis Arabicis benemeritus ,
pro illustrandis regionibus , oppidisque in Historia
Arabica Saladini recensitis , quam latine fecit , ac
vulgavit typis elegantibus Lugduni Batavorum anno
MDCCXXXII. Heic vero animadvertendum puto,
quod ante Jacutum Herodotus etiam τῆς Αἰγύπτου ὄρεσ
dixit , Agetharchidi autem ὄρη, Straboni itidem ὄρη
Αἰγύπτου , ac Ptolemaeo ὄρεινὰς ῥάχας *montium dorſa* ap-
pellare placuit.

adPhot p.1322.
edit. Aur. Al-
lob. 1612.

Ab Alabaſtrite lapide denominationem ſumpſiſſe
videtur Alabaſtrum *Thebaidis oppidum* , quod heic
in vaſa unguentaria tornaretur , quae tanti erant
pretii , ut Cambyſes rex Aegypti inter alia dona ,
regi Aethiopiae μύρε Αἰγύπτου *unguenti Alabaſtrum*
miſerit. Atque ob id , quod unguenta ſervat , ut
inquiit Plinius , Alabaſtriten *cavant ad vaſa unguen-*
taria , quoniam optime ſervare incorrupta dicitur.
Ante Plinium Theophraſtus , ubi de unguentariis ,
ἐπὶ τοῖς Αἰγύπτου ζῆταν τέντε λίθου ὃ *Alabaſtros expetunt*
lapidis ita dicti. Apud Athaeneum ἐν Αἰγύπτου μύρε,
& ab Horatio *nardi parvus onyx* dictus. Antiqui

DE ALABA-
STRITE.
Plin. XXXVII.
8.

Herod. III. p.
20.

de odor. p.449.
edit. Amſt.
XVI. p. 686.

IV. od. 12.

Clem. Alex. II.
Paed. p. 69.
Plin. XXXVL
22.
V. 9.

ἀλαβαστρίαις *Alabastris* bibere item soliti. Mortaria
etiam medicinalia *ex Alabastrite Aegyptio*. Plinio oppi-
dum *Alabastrôn* est idem ac *Ἀλαβαστρίαις*, uti *Porphyr-
io*, locus a *Porphyrite* marmore denominatus.
Primum *Ἀλαβαστρίαις*, id est *Ἀλαβαστρίαις* dicebatur, dein
Ἀλαβαστρίαις a *Ptolemaeo* (in *Codice Palatino Ἀλαβαστρίαις*)
oppidum situm inter *Cynopolin*, & *Antinoum*

Κυνὸν πόλις

Ἀλαβαστρίαις

Ἀντινὸν πόλις

Com. ad Esai.
46.

Quod aliis Egyptiis civitatibus evenit, quibus
data terminatio non Graeca, sed Aegyptia, uti
ΛΕΟΝΤΩ, *ΛΥΚΩ*, ac similibus. Divus Hiero-
nymus, namque pleraque oppida eorum ex bestiiis, &
jumentis habent nomina *ΚΥΝΩ* a cane *ΛΕΟΝΤΩ*
a leone *ΘΜΟΥΣ* lingua Aegyptiaca ab hirco *ΛΥΚΩ*
a lupo. *ΚΥΝΩ* postea dicta *Κυνὸν πόλις* *Straboni*, &
Plinio Cynopolis, *ΛΕΟΝΤΩ* vero *Ptolemaeo πόλις*
λεόντων atque ita in numismatis servatum, namque
in numo *Antonini Pii ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΙΤΩΝ*, &
Hadriani ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΩΝ inscriptum legitur.

Quam

Quam Aegyptiam terminationem retinuerunt , & Antonini Augusti Itinerarium , & Hieroclis , qui sub Justiniano vixit , Synecdemus. Sed unde est orsa , in eodem terminetur oratio. Alabastrum ex montibus Arabiae excisum , non vero circa Thebas , ut Theophrasto placuit , a cujus sententia non discessit Plinius ἡ περὶ Αἰγυπτίου ἐν Θήβαις ἀλαβαστρίτης. καὶ γὰρ ἔστι deLapid.p.392.
 μέγας πέμπεται. Ab eodem Αἰλαβαστρίτης , a Diodoro Αἰλαβαστρίτης λίθις vocatus , a Dioscoride Αἰλαβαστρίτης , a Ptolemaeo Αἰλαβαστρίτης , ab Athenaeo Αἰλαβαστρίτης πέτρα , quam terminationis formam Latini conservarunt , Plinio enim , & Isidoro nuncupatur *Alabastrites*. Candidi est coloris , *interstinctus* tamen *variis coloribus* , quo cum marmore κατὰ τὸ πικνὸν ob colorum varietatem, XII. p. 577.
 Synnadicum comparavit Strabo. *Onychen* prius fuisse appellatum Plinius tradidit , ac dein *Alabastriten* , qui probatur quam maxime mellei coloris in vorticem maculosi. Dioscoridis item temporibus λίθις Αἰλαβαστρίτης ὁ καλούμενος ὄνυξ Lapis *Alabastrites* dictus *Onyx*. Floruit sub Augusto , fuitque Synchronus Arii philosophi Alexandrini , cui libros Botanices Strab. XIV.
 dedi- p. 670.

Plut. p. 925. dedicavit, Augusti amicissimi ac familiaris. Palle-
scem vocat Silentarius Onychen,

part. II, 224. Ὅσα τ' οὐκ ἀνέχετ' ἀπογάζεσθαι μενάνη
Ὀνχεῖον ἑστέρμα

Quae Doctissimus Carolus du Fresne ita Latine fe-
cit, quicquid nitenti metallo pretiosa immisit wirens

Onyx. Sed vertenda potius *Pallescent* vox Ὀνχεῖον,
qui color ad album vergit. Nam in Athenaeo

ἡμῶν δ' αἰσταν ἡμῶν γίνεσθαι Ὀνχεῖον *pallescent nostrum fit cor-
pus, cum cibo abstinemus.* Hippocrates funestum

I. Prog. scribit, ubi Ὀνχεῖον βλέφαρον *palpebrae pallent.* Color
peculiaris his, qui timore sunt perculsi: unde Ari-
stoteli φειδωλὸς ἐστὶν Ὀνχία. Quibus adde Ὀνχεῖον *ex albi*

in Tim. p. 68. Ὁ ἵστος *commixtione fieri*, ut ait Plato, τὰ δὲ Ὀνχεῖον λευκῷ
ed. H. S.

καὶ μεμιγμένον. Contra vero σφύρου δ' μέλανι ὁρᾶσθαι *fulvū
cum nigro temperatio viridem colorem procreat.* Ex

Onycho, vel Alabastrite pavimenta exstructa, Mar-
tialis

I. 36. 7. *Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.*

Et Lucanus

totaque effusus in aula

Phars. X. 116.

Calcabatur onyx.

Quod

Quod primum Orientalibus in more positum , ut

indicavit Paraphraſtes Chaldaeus אנה כבש בצידה אבני Eſai. LIV. II.

רצפתיך *ecce ego ſtraturus ſum Alabaſtrite lapides pavi-*

menti tui. Contra Aegyptii , parietes Alabaſtrite Athen. IV. p.
206.

ornabant , uti & Arabes , *Juba auctor eſt in Ara-*

biae aedificiorum ornamentis includi lapidem , quem Plin. XXXVII.

Alabaſtriten Aegyptii vocant. 5.
Athen. XI. p.
495.

Poſeidonium philoſophum , uti & *Onychina vaſa* in Elagab. p.
112. edit. Paris.

apud Lampridium atque in epiſtola Sidonii Papae *Ony-*

chinae cruſtae. Sed mirum videtur, quod Plinius teſta-

tur ſe vidiffe triginta columnas ex Onyche *in coenatio-* XXXVI. 7.

ne, quam Calliſtus Caſaris Claudii libertorum potentia

notus , ſibi exaedificaverat. Nam quatuor modicas

tantummodo in theatro ſuo collocaverat Cornelius

Balbus.

Neque minoris pretii fuit Porphyrites lapis DE PORPHY-
RITE.

purpurei coloris, ex quo nomen adeptus. Papinius

Statius,

rupesque nitent , queis purpura ſaepe

Epith. Stel. , &
Viol. 150.

Oebalis , & Tyrii moderator liuet aheni.

Et Sidonius Apollinaris , ubi de ſolio Romae ,

N

Con-

Paneg. Major.
carm. V. 34.

*Conspicit solium saxis, quae caesa rubenti
Aethiopum de monte cadunt, ubi sole propinquo
Nativa exustae afflavit purpura rupes.*

Et alibi

XXII. 138.

Vilior est rubro, quae pendet purpura, saxo.

Phars. X. 116.

Lucano dicitur *purpureus lapis*, sed candidis punctulis est inspersus, ut Plinius ait, *ex eo candidis intervenientibus punctis*, *Leucostictus* vocatur, in li-

XXXVI. 7.

bris *leptosephos* scriptum invenitur, Claudius vero Salmasius *leptosephos* emendavit, Graece λεπτοσήφος, ob candida illa puncta, quae in rubro lucebant.

part. II. 208.

Paulus Silentarius in descriptione Templi sanctae Sophiae, quod Justinianus Augustus condidit, sic describit Porphyreticum,

πολὺς δ'εὐπήχῃ Νείλῳ

Φερτίδα πλήσας πεντημήνδα λαῶς ἀνέχων

Πορφυρέος, λεπτοῖσι πεπαισμένῃς ἀστράσι λάμπων

Multi vero, qui ingentes Nili naves fluviatiles superpresserunt pondere, surgentes lapides Porphyretici, tenuibus astris distincti, fulgent. Locus tamen doctissimae Annae Comnenae Augustae, qui Salmasium

sum fugit , firmandae ejus sententiae apprime facit,
ubi de eximio Triclinio Palatii Constantinopolitani
loquitur , PORPHYRA dicto a purpureo marmo-

VII. Alex. p.
190.

re , ex quo illud fuit extractum ἐξ οὗ τῆς ἐκείνου λίθου ἔλαβον τὴν
πορφύραν, πορφύρεα δὲ ὅλην, καὶ ὅσον σύμμετρά ποικίλα ψαμμοειδῆ λευκὰ αὐτῇ πα-

ρεχέμενα. ὅτι σπουδαίῳ τῶν λίθων, οἷμαι ἀποφύρειν τὸ οἶκημα οἱ ἀνέκαθεν ἀνέ-

μαστον est hic lapis purpureus fere totus , nisi quod pun-
ctulis candidis arenosa tenuitate passim inspergitur. Ex
hoc igitur lapide , uti existimo , Purpuram hocce ae-
dificium Veteres appellarunt. Statuis non apprime
aptus Porphyrites, sed columnis potius , quod for-
sitan significare voluit Plinius , *statuas ex eo* [Por-

XXXVI. 7.

phyrite] *Claudio Caesari procurator ejus in Urbem ex*
Aegypto advexit Triarius Pollio non admodum probata
novitate : nemo certe postea imitatus est. In aliis ve-

LVIII. p. 633.

ro codicibus MSS. legitur *Vitrasius Pollio*. Dio sub
Tiberio meminit Οὐρησιαίου Πωλίου τῷ τῆς Αἰγύπτου ἀρχον-
τος. In lapide Puteolano DEDICATA VI. ID.
AVG, T. VITRASIO POLLIONE. II. M. FLA-
VIO, APRO. & alibi VITRASIVS POLLIO.

ap. Grut.
CXCII. 10.
CCCII,

Dig. XXXVII.
c. 1.

CXXVIII. 5.

II. in Rufin.
135.

Plin. XXXVI.
13.

in Ner. 50.
Ili. XXIV. 795.

III. 46.

p. 864. edit.
Han.

Quibus adde Vitrasium Pollionem legatum Provin-
ciae Lugdunensis sub Hadriano Augusto, cujus me-
minit Modestinus, a quo Senatusconsultum Vitra-
sianum, uti adnotavit in Plinium V. C. Joh. Fride-
ricus Gronovius. Columnis igitur accommodatior
Porphyrites, quam statuis: unde in corpore In-
scriptionum mentio de COLVMNIS PURPVRI-
TICIS, vel potius *purpureis*, ut dixit Claudianus,

quid purpureis effulta columnis

Atria?

Quin etiam in Labyrintho Aegypto, quem *porten-
tissimum humani impendii opus* dixit Plinius, *intus
columnae de Porphyrite lapide*: ac *solum* sepulchri
Domitiorum Porphyretici marmoris fuisse auctor
est Suetonius. *Solum* est arca, qua defuncti con-
duntur, Homero dicta *λάγναξ*: unde in Anthologia

λάγνακα μαρμαρίην.

ὕδρια dicta a Dione, in qua urna Porphyrite ossa
Septimii Severi posita *τὸ ὕδρ' ἐς ὕδρια πορφύρε λίθου*. Sic
& Juliani corpus *ἐν λάγνακ' πορφύρῃ* repositum, ut scri-
bit

bit Cedrenus. Ocho Porphyreticis columnis templum S. Sophiae ornabatur

Σταυρὸς πορφυρεῖων ἀποσιλλέοντες αἰῶνις
Κίονες.

Paul. Silent.
part. I. 244.

variegatae, & purpureis splendentes floribus columnae.

Plinius hoc marmor ponit in Aegypto his verbis ,

rubet Porphyrites in eadem Aegypto. Aristides vero

in Arabia collocat ἐν γὰρ τῇ Ἀραβικῇ καὶ ἡ περὶ πόλις αὐτῇ λίθου-

Orat. Aegypt.
p. 349.

μία ἡ πορφυρεῖτης ἐστὶν *in Arabia quidem celebris haec est*

Lapidina Porphyritis. Hinc Stephano Πορφυρεῖτη πόλις

Ἀραβίας κατ' Αἰγυπτίον *Porphyrite oppidum in ea parte*

Arabiae , quae Aegypto contermina est. Eusebius

vero Caesariensis Lapidinam in Thebaide statuit ,

VIII. Hist. 8. p.
420. edit. Can.
tab.

cum loquitur de piissimis confessoribus ad latomias

Porphyreticas damnatis ἔχει τὸ καλούμενον ἐν Θεβαΐδι φρεσνύμας

ἔκ γενοῦται πορφυρεῖτη λίθου μέγαν πλάσην ὅσην πλεον τῶν τῆς ἐνσεβείας

ἡμολογητῶν *apud Thebaidem versabatur in loco , qui Por-*

phyrites vocatur ex nomine marmoris , quod ibidem

effoditur , Confessorum innumerabilis multitudo. Hinc

passim in antiquorum libris marmor Porphyreticum

vocatur *Thebaicum* , nam e Thebaidis regione deve-

hebatur. Aelius Lampridius narrat Elagabalum magno animi ardore columnam expetivisse, ad quam ascenderetur intrinsecus, *sed tantum saxum non invenit, cum id de Thebaide afferre cogitaret*: desiderio fortasse inflammatus aemulandi, aut superandi Trajanum, & M. Aurelium, quibus, ob Triumphos de Dacia, & Germanis actos, fuerunt erectae columnae perviae intra se usque ad summitatem, et nunc Romae visuntur, a Graecis Recentioribus *αἰὲς περὶ λυφῶν* vel *αἰὲς εἰ κῦρος* dictae. De Porphyretico similiter intelligendus *λίθος καὶ Θεβαΐδος* apud Johannem Malelam Antiochenum, ubi de Antonino Pio loquitur, qui Antiochiae *καὶ αἰὲς ἡ τῆς πόλεως ἁρῆς τὸν διὰ πολλῶν λίθων, ὅτι τῶν ἰδίων ἀγαθῶν λίθων καὶ Θεβαΐδος κτ.* *bem totam lapide molari ex Thebaide exportato sumtibus propriis stratuminauit.* De Porphyretici mar-
moris Lapidina intellexisse videtur Theophrastus
hisce verbis *λιθονομία Θεβαϊκῶν*. In qua sententia videtur fuisse Paullus Silentarius,

Chron. p. 367.
edit. Oxon.

de lapid. p. 392.

246.

ὅς ποτε Θήβης

Ναλαίης ἐλάτυσαν ὑπερήμους ἰεῖρας

Quas

*Quas [columnas] Niliacarum quondam Thebarum
montes excelsi peperere. & alibi*

ματὶ κίονας διζύμας Θῆβης

part. II. 30.

post duas columnas Thebanas. Palladio *παρὰ τῆς πόλεως* in hist. Laus. 42.

dicitur, & Cassiano Porphyrio, qui locus ab oppidis, VII. de Spir. Aced.

*aut ab habitabili terra septem mansionibus, vel eo
amplius distabat.* Palladii, & Cassiani loca, quae

ignoraveram, profert V. clar. ac doctissimus Petrus Hierocl. Syn. p. 728.

Wesselingius: est enim benignum, [ut arbitror] & Plin. in praef. Hist. nat.

plenum pudoris fateri, per quos profeceris. Marmor

Porphyreticum saeculo Justiniani, ut videtur, Ro-

manum fuisse denominatum conjicere licet ex Epi-

stola Marciae Viduae Romanae, a qua columnas

octo Porphyreticas accepit pro ornatu templi San- ap. Codin. de orig. Constan- tin. p. 65.

ctae Sophiae ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Διόσκει βουλῇ ἐκ τῶν κίωνων Ρωμαίων

mitto tibi Domine Imperator octo columnas Romanas,

cujus epistolae exemplar servavit Plutarchus Impe-

ratori primus a secretis, & ab epistolis Hinc sub-

secutis temporibus, ut mos invaluit, Romanum

saepenumero dixere, quemadmodum testatur Con-

stantinus Porphyrogennetus, ubi de Phiala a Basilio in Basil. Maced. p. 201.

Mace-

Macedone in Basilicae vestibulo collocata loquitur
 ἐξ Αἰγυπτίου λίθου ἐν ἡμῶς Ρωμαῖον λέγον αἰσθάνμεν *ex Aegyptio la-*
pide, quem Romanum dicere consuevimus, constru-

in Comp. hist.
 p. 296.

Ita : ita & Cedrenus de Constantino Magno, qui
 ἐν λάρνακι πορφύρεῃ ἦν Ρωμαῖος *in arca Porphyretica, seu Ro-*
mana sepultus est. Cur vero Romanas columnas
 vocarit Marcia, ne quid certi sit, divinari potest.
 Tantummodo conjectura ducimur ad suspicandum,
 ut a loco, e quo devectae, talem denominationem
 traxerint : nam columnae illae stabant in templo
 Solis, quod Valerianus Imperator Romae constru-
 xerat ἵστατο δὲ οἷς τῶν Ρωμαίων, οἷς τὸν ναὸν Ἡλίου τὸν καθεῖναι παρὰ
 Οὐαλκεριανῆ τοῦ βασιλέως Ρωμαίων, ut idem Plutarchus apud
 Codinum testatur.

DE NIGRO
 SIVE THE-
 BAICO.

Aliud marmor ex montibus Arabiae perfodie-
 batur, quod Ptolemaeus μέλανα λίθον *nigrum lapidem*
 dixit. In ea equidem sum sententia, ut idem sit ac
 Thebaicum nigrum, & subfuscum, de quo Diodo-
 rus, ubi de Pyramide verba facit, quam Mycerinus
 Rex Aegypti excitavit ἐν μέλανος λίθου τῇ Θηβαϊκῇ παραπλησίον
e nigro lapide Thebaicum referente. Ex eo lapide
 quoque

L. p. 40.

quoque fuit simulachrum *ad similitudinem* Pescennii Nigri *factum*, quod ei dono misit Thebaeorum Rex, ut narrat Spartianus, atque ex Graeco constat Epigrammate, quod Latine tantummodo versum protulit Historicus, etsi barbarum.

Terror Aegyptiaci Niger astat limitis ingens

Thebaidos socius, aurea secla volens.

Hunc Reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma:

Hinc Antoninis charus est imperio.

Nigrum nomen habet, Nigrum formavimus ipsi,

Ut consentirent forma metalla tibi.

Isaacus Casaubonus postremum versum ita emendavit,

Ut consentirent furva metalla tibi,

atque elegantissime supplevit Epigramma Graecum, quod interciderat.

Αἰγυπιαῖος αἰὲς ὁ Μέλαις μέγα δαῖμα, παρῖσι,

Θηβαῖδος σφίμαχος, χεῦστα πᾶσι νόμος.

Τὸν βασιλεῖς καὶ ἔθνη φιλοῦσιν, καὶ σὺν Πάμῃ.

Τὸν καὶ Ἀντωνίνος παντοκράτωρ φίλον.

Οὐνομά οἱ Μέλαις, ἐστὶ λίθου μέλανος ὃ καὶ αἰὲν

ἦν. οὐδὲ σφιδάς ἔστι ὅφρα γένουσι φυνί.

○

Plinius

XXXVI. 8. Plinius tamen intertinctum aureis guttis describit marmor Thebaicum, *Thebaicus* [lapis] *intertinctus aureis guttis invenitur in Africae parte Aegypto adscriptae*. Salmasius legit *interstinctus*.

DE BASALTE,
SIVE AETHI-
OPICO, LV.
CVLLEO, ET
OBSIDIANO.
II. Cosm.
Christ. p. 140.

Marmor ferrei coloris λίθον βασιλίτην vocarunt Ptolemaeus, & Cosmas, qui sub Justiniano vixit, Plinius autem *Basalten*, unde βασιλίτην λίθον scriptum suspicor in antiquis Ptolemaei Codicibus. Verum Basfaltes, vel Barzalties lapis potius nominandus a voce ברזל vel ברזל quae *ferrum* significat. Ptolemaeus in Arabiae montibus prope Syenen, Plinius vero in Aethiopia nasci pròdidit, *invenit eadem Aegyptus in Aethiopia, quem vocant Basalten, ferrei coloris atque duritiae: unde & nomen ei dedit*. Ex Basalte, quo nunquam major repertus est, statuam Nili cum XVI. liberis circa ludentibus in templo Pacis Imperator Vespasianus dicavit, *per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se amnis intelliguntur; quamvis alibi justum, non summum dixerit Plinius incrementum cubitorum XVI*. Basfaltes est idem ac lapis Aethiopicus apud Strabonem, & Herodotum.

In

V. 9.

In extremis enim Aethiopiae montibus effossum nigrum marmor, ut ait Strabo, cum de Pyramide prope Memphin posita mentionem habet μέλας λίθος ἔστιν ἐξ οὗ καὶ τὰς θύλας κατασκευάζουσιν κομίζοντες πόρρωθεν ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας ἐξῆν, ὃς τῇ σκληρῇ οἷα δυσκατέργατος, πολυτελῇ τὴν πρᾶγμα τῆναι περιέχει *ex nigro lapide, ex quo mortaria faciunt, ab extremis Aethiopiae montibus delato, qui cum durus sit, & operatu difficilis, reddidit opus sumptuosum.* Ex quo colligimus ab extremis Aethiopiae montibus deferri, nigrique coloris ac durum & magni pretii marmor fuisse. Pyramidem hanc vidit, & observavit solertissimus Petrus Bellonius in sua ad Aegyptum peregrinatione, *marmoris autem genere constat, quod Basaltes nuncupatur, vel lapis Aethiopicus, ipso ferro duriore.* Et alibi, *Aethiopicus hic lapis, Basaltes marmor alio nomine appellatur.* Montes ex Meroe incipiunt, atque ita nominantur in regione ab occasu Nili adjacentes per totum Nilum, qui communiter Αἰθιοπικὰ ὄρη *Aethiopici montes* dicuntur. Meroe enim insula Nili κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν *prope Aethiopiam.* Hinc Nilo posita simulachra nigra, quia per Aethiopiam fluit, aliis vero fluminibus e candido

XV. p. 808.

II. Observ. 44.

de Oper. Antiq. praest. I. 5.

Ptol. IV. 8. p. 129. edit. Amst.
Diod. I. p. 20.

- Arcad. p. 647. **marmore.** Pausanias *ποιῶνται δὲ πολλοὶ τῆς Αἰγύπτου Νάξου περὶ αὐτοῦ τοῦ ἄλλου λίθου λευκοῦ καὶ ἀγάλματα. τῇ Νάξῳ δὲ ὅτι διὰ τῆς Αἰθιοπίας κασιόντι ἐκ θαλάσσης μέλανος λίθου καὶ ἀγάλματα ἐργάζεσθαι νομίζουσιν.* At-
que ob id, ut suspicor, cum Memnon ἐκ Αἰθιοπίας μετα-
Philostr. Icon. *εξεληνκίς οἷς λίθον μέλανα in nigrum lapidem fuerit transfor-*
p. 773. *matus in Aethiopia*, statua λίθου μέλανος *ex nigro lapide*
de Vit. Apollon. *eidem fuit efformata.* Straboni jungendus Plinius,
p. 233. *a quo Aethiopica mortaria maxime probantur, ii*
XXXVI. 22. *autem lapides, qui succum reddunt, oculorum medi-*
camentis utiles existimantur: ideoque Aethiopici ma-
xime ad ea probantur. Aegyptii cum vellent cor-
pus conscindere, ut a corruptione fervarent, cassia,
Herod. II. p. 87. & myrrha pura complentes, *μετὰ δὲ λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξεῖ*
lapide Aethiopico acuto utebantur. Ex hoc etiam
Pyramis facta, de qua Plinius, *inter alias spectatior*
XXXVI. 12. *Aethiopicis lapidibus.* Nigri est coloris, namque
Strabo, & Pausanias *μέλανα nigra* dixerunt, ut a
Thebaico aureis guttis interstincto distingueretur,
cujus antea mentionem fecimus. De hoc marmore
p. 116. intellexisse suspicor Platonem in *Critia*, ubi tria ce-
teris praestantiora marmora commemorat *τὸ μὲν λευ-*

αἶον

πῶς (λίθῳ) τὸν δὲ μέλανα, τὸν δὲ ἰσθμῶν ὄντα *illud quidem candum, nigrum, rubrum.*

Luculleum marmor *atrum* est, quo nomine Plin. XXXVI. carbonis colorem Terentius designat, 6.

Tam excoctam reddam atque atram,

Quam est carbo.

Quod comprobatur Senecae insignis statua animam efflantis in Balneo, quae omnium Antiquariorum consensu Luculleo ex marmore facta, Romae in ornatissima Principis Burghesii Villa conservatur. A Lucio Lucullo Consule Romam id marmor inventum. Lucullus enim plurimum eo delectatus, *primusque* in Urbem invexit, ac nomen *Luculleo marmori* dedit, ut Plinius memoriae prodidit. Ex eo CCCLX. columnas habuit M. Scaurus Aedilis, singulas duodequadragenum pedum, quas in atrio domus suae collocavit. Nascebatur *in Nili insula*. Cur vero *in Melo insula* potius legendum existimaverit ingenio & doctrina praestantissimus Pintianus non video, cum Luculleum ab omnibus pro marmore Aegyptio fuerit habitum *Μῆλος ἀειλογητὴς πόντος*

Strab.X.p.484. *Melus* vero insula *aliis* (quae in Cretico mari sunt)
memorabilior. An sub *Nili insula* Meroen Plinius
 II. 73. intellexerit, quam sic describit, *Meroe insula in amne*
Nilo habitatur, & Strabo, qui illum aevo anteivit
 ἡ Μερὴν ἐν τῇ Νείλῳ νῆσις, *Meroe Nili insula* videant ii,
 quibus

De meliori luto finxit praecordia Titan.

Plin. XXXVI. Huic succedit aliud marmor *nigerrimi coloris*, in
 26. Aethiopia ab Obsidio inventum. Verum *Obsianus*
 Orig. XVI. 15. *lapis* est apud Isidorum Hispalensem, cui perpetuus
 mos fuit Plinium transcribere. Sic in Vlpiano *Ob-*
 Dig. XXXIV. *sianus*, & in Arriano *λίθος ὀψιανός*, fortasse quia imagi-
 tit. 2. nes redderet.

DE OPHITE. Marmoris Ophitis, quod *sit serpentium maculis*
 Plin. XXXVI. *simile*, unde & nomen accepit, mentio facta est a
 7. Papinio Statio, ubi de Balneo Etrusci,

35. *quaeriturque exclusus ophites.*

Item a Martiale, qui idem Balneum collaudat,

VI. 42. *Et flamma tenui calent ophitae.*

Tanta erat privatorum luxuria, ut legata ad exor-
 nanda

nanda marmoribus balnea relinquerentur, uti in veteri apparet inscriptione,

FLAVIVS. CATVLLVS

CLXXXI. 4.

TESTAMENTO. AD MARMORAN-

DVM. BALINEVM LEGAVIT. R. P.

Altera C. Appio Vol. Flavio posita, qui

H-S. L. AD. PORTICVM. ANTE. THERMAS

MXC. 21.

MARMORIBUS. ORNANDAM. LEGAVIT

Sed reliqua de Ophite nunc persequamur. Aetate Plinii *non nisi parvae admodum columnae ex Ophite* Romae inveniebantur. Tria ejus genera *molle candidum, nigricans durum, & cinereum*, quod Graeci ob id *Tephriam* vocant: ad hoc postremum respexit Lucanus,

Quam parvis tinctus maculis Thebanus Ophitis. IX. 717.

Ex *Ophite albo* mortaria medicinalia. Quae de Plin. XXXVL
7.

Ophite Plinius dixit, e Dioscoride desumpta videntur λίθος οφίτης, ὁ μὲν πρὸς ἐστὶ βαρὺς καὶ μέλας. ὁ δὲ σποδαειδὴς τὴν

V. 162. p. 389.
edit. Wech.

ἁλῶν καὶ κατεσχημένους. ὁ δὲ πρὸς γλαυκὰς ἔχων λευκὰς *Ophites lapis*, *quidam est ponderosus, ac niger: alter cinereo colore*

specta-

spectatur, punctis distinctus: tertius lineis quibusdam candidis intercinctus est.

Ex quo manifesteprehenditur, orbiculos vel maculas, quae Scriptores marmoribus tribuerunt, ab animalium orbiculis, aut maculis, ut plurimum, desumpta fuisse: marmor namque *Ophite* a serpentium maculis dictum; Syenite etiam Antiqui denominarunt *Pfaronion*, ab albis, & cineritiis sturnorum maculis, quibus inspergitur, ut postea exponemus. Scriptores quidem Pardorum maculas vocarunt inprimis *oculos*, ut Plinius, *orbiculos*, vel *ocularios circulos* Solinus, *ὀπτικὰς οὐκους* Oppianus lib. III. Cynegeticū hisce verbis,

VIII. 17.

XVII.

Πῖνος δαιδαλὸς; χρύς τ' ὀπτικαφανέσσῃ

Ἡρώσις, σπικνήσι μελαινομένησι ὀπτικαῖς

cutis dedala, color lucidus, obscura crebris oculis nigricantibus. Vocat pariter eorum maculas *ὠφροχάλας σφραγίδας* *σπικνὰς* *densas notas in orbem rotundas.*

ὠφροχάλοι πεδέρματα δαιδάλλοντι

Σφραγῖσι σπικνήσιν ὁμοῦα σφραλίεσσι

Quinimo ab hisce maculis ipsimet Pardo apud Arabes

bes nomen esse *Namir* tradit Alcamus *الذمر*
Namir fera sic dicta a
maculis, quas habet.

Non absimilia ab Ophite reperta duō marmo-
ra in Aegypto principatu Augusti, & Tiberii, a qui-
bus nomen acceperunt. Differunt solum ab Ophite,
 quod *haec maculas diverso modo colligunt:* Augu-
 steum enim *undatim crispum in vortices,* Tiberia-
 num *sparsum convoluta canicie.* Ad Tiberianum
 marmor referendae *Claudianae columnae* in villa Gor-
 dianorum, de quibus Julius Capitolinus. In more
 autem positum erat Augusti, & Tiberii tempesta-
 te, ut *metallorum domini* de nomine Imperatoris
 metalla denominaret, uti ex loco Plinii conjicere
 datum: saepe numero quidem Augustarum, vel ami-
 corum Caesaris nomina usurpabant. Hinc aes *Sal-*
lustianum, & aes *Livianum* in eodem Plinio: *Sal-*
lustianum in Centronum Alpino tractu: successit ei
Livianum in Gallia: utrumque a metallorum dominis
appellatum, illud ab amico Divi Augusti, hoc a con-
juge. Quippe plurimis civitatibus, & privatis jus me-

DE AUGU-
 STEO ET TI-
 BERIANO.
 Plin. XXXVI.

7.

XXXIV.2.

P

tallo-

Suet. 49.

talborum concessum, quod post subtulit Tiberius. *Aes Sallustianum* denominatum a Crispo Sallustio clarissimi historici nepote, qui Augusti fuit amicus: de quo Horatius, Seneca, & Tacitus plura sunt locuti. Ita & in Baetica metalli plumbum repertum, *Antonianum* dicebatur, & *Luculleum marmor*, quod est *atrum*, Luculli nomine insignitum, qui eo magnopere delectabatur.

DE MEMPHI-
TE, ET ELE-
PHANTI-
NEO.
XVII. p. 555.
V. 9.

Prope Memphin, quae Straboni *ἡ βασιλεὺς Αἰ-
γυπτίου*, vel ut habet Plinius, *quondam arx Aegypti
regum*, postquam Thebas deseruerunt, Herodotus
montem memorat *ἡ τῆς λιθομείας ἑστὸς* in quo lapicidinae

II. p. 158.

sunt, quamvis marmoris formam vel colorem non
exprimat. Ex eis, vel ut verbis utar ejusdem He-
rodoti *ὁ δὲ τῶν παρὰ Μίμφῳ ἐστὶν λιθομείων* Amasis Aegy-
pti rex ad perficiendum Minervae templum in Sai,

Herod. II. p.
175.
Diod. V. p. 227.
ap. Vaillant. p.
214. Hist. Pto-
lem. Amst.
1701.

λίθους ὑπερφύλας saxa praegrandia ducenda curavit, prius
aedificatum ab Atheniensibus: unde in numo Ha-
driani Minerva stans galeata visitur, dextra noctuam,
sinistra hastam tenens cum epigraphe CAIT. L. IA.
Saitarum anno XL. Sais inter Cabassam, & Naucri-

tira

tin sita est apud Hieroclem. Adhibuit etiam Ama-
 sis marmora e fodinis Elephantines maximae molis
 οὗτοι δὲ ὑπερμεγέθους ἐκ Ἐλεφαντίνης πόλεως. Elephantine *supra*
Syenen posita, *navigationis Aegyptiacae finis*. Idque Plin. V. 9.
 propter Catarracten, qui paullo supra est, de quo
 videsis Strabonem. XVII. p. 818.

Aegyptus a meridie Syenen habet, quae eam DE SYENITE.
 ab Aethiopia dirimit. Hinc Pausanias Ἀἰθίοπες οἱ ἐπὶ Eliac. p. 518.
 Συήνης. Fuit enim *ditionis Aegypti*. Marmor in ea gi- Plin. V. 9.
 gnebatur, e quo facti obelisci καὶ τῷ σκληρῷ λίθου *duri* Diod. I. p. 37.
lapidis, coloris Pyrrhopœcili Graece πυρροποιίδου, ita
 dicti ab ignea quadam varietate; πυρ enim est *ignis*,
 & ποικίλος *varius*. Color ignis ex purpureo, & can-
 dido, quae colorum varietas in pretio. Plinius
subinde circumagentibus se maculis in purpuram, can- XXXVI. 2.
doremque, & tertium ex utroque ignescentem. Plato
 in Timaco Πυρροποιίδην explicat pro fulvo colore, p. 68.
 flavi, fuscique comparatione conflato. Πυρρὸν δ, ξαν-
 θὸν καὶ καὶ φαιῷ μέσση γίνεται *fulvus*, *flavi*, *fuscique tem-*
perature existit. Fuscus autem ex nigro, & albo
 Φαῖον δ, λευκοῦ καὶ καὶ μέλανος. De hoc marmore intelle-

- xisse reor Herodotum , cum loquitur de Pyramide
 II. p. 127. Chephrenis regis Aegypti, quae λίθον Αἰθιοπικὴν ποικίλην ex
Aethiopico lapide versicolore constabat. Vocat enim
 II. p. 28. Aethiopicum , non quia Syene fuerit in Aethio-
 pia , nam inter Civitates Thebaidis eam recenset Συή-
 νης πόλις τῆς Θεβαίδος , sed quia ἡ μὲν ἐπὶ τῶν ἱερῶν τῆς Αἰθιο-
 πίας καὶ τῆς Αἰγύπτου πόλις ea quidem urbs est in Ae-
 thio-piae , & Aegypti finibus : atque ob id Claudia-
 no atra Syene dicitur , Lucano vero exusta Sye-
 nes. de Nil. 19. VIII. 851. *Ex eo accedit quod marmor Aethiopicum ni-*
grum est, & non ποικίλον varium , ut jampridem di-
 ximus. Ex eo marmore Aegyptii construxere obeli-
 XXXVI. 8. fcos. Plinius circa Syenen vero Thebaidis , Syenites
 [lapis] quem ante Pyrrhopoecilon vocabant. Trabes
 ex eo fecere Reges quodam certamine , obeliscos vo-
 cantes , Solis numini sacratos : ex eo etiam colum-
 nas fecere pro construendo Labyrintho , quem variis
 Plin. XXXVI. columnis ornarunt Aegyptii , reliquis autem e Sye-
 13. nite , ut in Plinio legendum ducunt Viri docti : de
 Vil. Sur. Pollii. quo marmore P. Statius,
 8. *quod Eoae respergit vena Syenes.*

Punctis

Punctis ignei coloris distinctum, & varium, quod marmor *Granito* vocant Itali, nomenque accepit a variis maculis, quae minima crebraque Harenae grana in unum compacta referunt. Lapidem Syeniten aliqui *Pfaronion* aevo Plinii appellarunt, ob maculas albas, & cineritias illis similes, quibus sturni consperguntur: etenim $\psi\alpha\rho$, vel $\psi\alpha\rho\iota\varsigma$ Graecis dicitur *sturnus*, qui, ut Aristoteles ait, ἐστὶ ποικίλος *vari-
iegati est coloris*, cujus color tribuitur equis, quos Divus Hieronymus in Zachariam *sturninos* vocat. Hist. anim. IX. 26.
Aristophanes τὸν $\psi\alpha\rho\iota\sigma\tau\epsilon\sigma$ dixit, hoc est ποικίλου *vari-
um, versicolore*, ut vocem $\psi\alpha\rho\iota\sigma$ Hesychius, & Svidas exponunt. Sturnus enim maculis distinctus est albis vel cinereis, qui color Graecis $\sigma\phi\epsilon\rho\iota\sigma$, aut $\sigma\pi\alpha\sigma\sigma\iota\sigma$, Hebraeis vero ברך , in Zacharia equi ברכים VI. 4. 6. *cineritii nempe coloris*, ut ex voce Arabica برج *cinereus* clarescit: hinc لون الی اللی-مزة est مزة *color ad pulverem vergens*: Aliter Jurisconsultis est *versicolor*; non enim de nativo colore intelligunt, verum de eo, quod est tinctum, & naturalem colorem mutavit; sic ut purpura, & coccus in numero

Dig. XXXI. lib.
III.

versicolorum sint, apud Vlpianum lib. XXII. ad Sab-
binum, *ea, quae tincta non sunt, versicoloribus non*
adumerari : Et ideo neque album, neque naturaliter
nigrum continent, nec alterius coloris naturalis : pur-
puram autem, Et coccum, quoniam nihil nativi coloris
sunt, contineri arbitror. Ceterum maculas marmo-
rum versicolores arduum est cogitatione vel assequi,
vel verbis explicare, praecipue cum ejusdem colo-
ris tantae combinationes ac gradus tam varii, di-
versi, multiplicesque sint, ut in iis definiendis, ac
distinguendis humana natura caligat magnopere.
Quod & reliquis sensibus experimur : quantae enim
varietates ? quot gradus, incrementa, vel decremen-
ta saporum ? quot odorum, vel sonorum ? Quod
si quis ratione considerari posse asseveret, ille nimi-
rum humanae, & divinae naturae discrimen, ut
ignoret, necesse est ὅτι θεὸς μὲν πᾶσι τοῖς ἐν κόσμῳ οὐρανῷ
καὶ γῆνι ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶσι διαλύει ἰσχυρῶς, αἷμα ὁμογενὲς ἅμα καὶ δυνα-
τὸν. ἀνθρώπων δὲ ἕκαστος ἕκαστος σπέρματος ἰσχυρῶς, ὥστε ἕκαστος, ὥστε αἰσθητὸς
πᾶσι. *Deus enim multa in unum commiscuit, Et*
rursus ex uno ipse multa potest dissolvere : quippe qui id
ipsam

ipsum & sciat, & possit. Mortalium autem nemo neque hoc tempore, neque in posterum alterutrum queat, quemadmodum de coloribus sapientissimus Plato opinabatur. Has igitur marmorum versicolores maculas, vel notas raro, vel nunquam attigisse aliqui datum, ut Plinius adstruit, versicolores quidem maculas & in totum marmorum apparatus Menander etiam diligentissimus luxuriae interpret primus & raro attigit. Qua de re copiosius dicerem, si a proposito ac materia, quam tractamus, longe aberrare nobis liceret. Sed ad incoepta redeamus. Montes Syenes, e quibus, ut puto, marmor Syenite cruebatur, describit Dionysius Alexandrinus, qui sub Septimio Severo scripsit,

in Timaco p. 68.

XXXVI. 6.

Perieg. 244.

βαθυκρήμους Συήνης

Θύρεσσιν ἀμφότεροις περικαλλέως ἱρυγμένον

Τῶν μέντοι καλλιόων κατέρχεται ὁδοῖς Νόλας.

Vberem ac praeclaram marmoris Syenitis Lapidinam ita descripsit accuratissimus Petrus Bellonius, qui Aegyptum peragravit, *sed ea est Lapidinae natura, ut totus mons lapideus multa milliaria longus,*

ex

De oper. Antiq.
pract. p. 2557.

*ex solidissimo, & compactissimo lapide sine venis con-
stet: ex quo Colossi, Obelisci, Trabes, & id genus
miraculo res dignae, duo, tria, vel quinque millia-
ria longe (si humana arte fieri posset) excidi posset.*

DE NUMIDI-
CO, SIVE LI-
BYCO.

In Africa, quam Graeci Libyam appellavere, ut
ait Plinius, nulla fuisse metalla nec auri, vel argenti
vel aeris Veteres opinati sunt. Lucanus

IX. 424.

*In nullas vitiatur opes, non aere, nec auro
Excoquitur nullo glebarum crimine, pura
Sed penitus terra est.*

V. 3.

Plinius in ejus sententium discessisse videtur, cum de
Numidia, sive Libya differit, nec praeter mar-
moris Numidici, ferarumque proventum, aliud insigne
producit. Eximium marmor nominavit Solinus.

XXVI.

Cod. de Metal.

Vnde Imperatores facultatem nonnunquam tribue-
bant Numidiae populis, ut suis utilitatibus con-
fulerent, secandi marmor ac distrahendi, quem
admodum ex edicto Constantini Augusti ad Ma-
ximum Rationalem Africae postea demonstabi-
mus. Romanorum primus M. Lepidus Marmor
Numidicum Romam invexit, posuitque in domo
sua

sua ex hoc marmore limina. Post cum Romani
pro columnis usi sunt. Juvenalis,

Parte alia longis Numidarum fulta columnis Satyr. VII. 182.

Surgat, & argentem rapiat coenatio solem.

Ubi praeteream Horatium? qui aetate Juvenalem antevertit, cum ait,

Columnas ultima recisas

Africa.

Prae aliis insignis *solida Columna prope viginti pedum lapidis Numidici*, quam C. Julio Caesari Populus Romanus erexit, cum inscriptione PARENTI PATRIAE. Suet. in Jul. Caes. 85.

Etiam Villae columnis Numidicis ornabantur, ut Villa Gordianorum, in qua L. *Columnae Numidicae*. Quae apud Graecos & in pretio erant,

namque ut refert Pausanias, in templo Junonis, ac in Attic. p. 43.

Jovis Panellenii, quod Athenis aedificavit Hadrianus, Gymnasium positum, in quo *κίονες ἐκ τῶν Λιβυτικῶν τῆς*

Λιβύης columnae centum e Libycis lapicidinibus; quin columnae ingentes, Senecae temporibus Romam de-

ductae, e Porphyretico, & Numidico marmore constabant: *ingentium maculae columnarum, sive ex*

Q

Aegy-

*Aegyptiis Harenis , frue ex Africae solitudinibus ad-
vectae. Hadrianus quoque , qui in omnibus pene
Spartian. 19. urbibus & aliquid aedificavit & ludos edidit , ad
ornatum Gymnasii Smyrnenfis dono dedit*

*Marm. Oxon.
21.*

KEIONAS EIS TO
ΑΛΕΙΠΤΗΡΙΟΝ ΣΥΝΝΑΔΙΟΥΣ ΞΒ
ΝΟΥΜΕΔΙΚΟΥΣ Κ. ΠΟΡΦΥΡΕΙΤΑΣ ΙΖ

*Columnas in ungendi locum Synnadacas DCCCII. Nu-
midicas XX. Porphyreticas XC , ut in marmore Oxon-
niensi apparet , in quo donaria recensentur , quae
Gymnasio Smyrnaeorum a plerisque fuerunt facta,
maxime ab Hadriano. Αλειπτήριον locus ubi ungeban-
tur Palaestritae , ad quorum unctionem sumtus
suppeditari , uti de Musano habetur in Inscriptione
Ancyrana , qui*

Palaeog. Graec.

ΗΛΙΥΕΝ ΜΗΝΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ

p. 155.

*unxit mensibus quatuor , hoc est impensas ad unctionem
erogavit , quemadmodum interpretatus est
magnum Galliae lumen Bernardus de Montefaucon.*

*Lucian. Hip.
p. 357.*

*In Balneis decorandis Numidico etiam usi , ut Hip-
pias ,*

pias, & Etruscus fecere, de quo postremo ita
Martialis,

Quae Phryx, & Libys altius cecidit. VI. 42.

Idemque de Balneis Tuccae, IX. 36.

Afra quod Nomas mittit.

Ex Numidico item constructa pavimenta. Varro IV. de ling. lat.

Poenica pavimenta ex lapide Numidico. Marmor
Numidicum maculosum. Martialis, VIII. 55.

Cui diadema daret marmore picta Nomas.

Flavum nempe maculis purpureis variatum, (flavus enim color rubro, & albo mistus est, ut Plato inquit in Timaeo λαμπρὸν τε ἐρυθρὸν λευκὸν τε μὲνύμενον, Ζεὺς θὲν γένεσσι) de quo marmore Papinius Statius, Baln. Etr. 36.

*Sola nitet flavis Nomadum decisa metallis
Purpura.*

Et alibi, Vill. Sur. Poll. 92.

Heic Nomadum lucent flavescentia saxa.

Sidonius Apollinaris in Panegyrico Majoriani, V. 37.

Nomadum lapis additur istis

Antiquum mentitus ebur.

Et alibi,

Carm. XXII.
137.

& Numadum, qui portat eburnea saxa

Collis.

Part. II. 217.

Paullus Silentarius croceum simul, aureumque co-
lorem tribuit Numidico

Ὅσα Λιβυς φαίδων, χρυσῇ πλαγίσματι θάλασσιν,
Χρυσόφωγῃ περιέκοντο λίθων ἀμαρύγμασι πύχας
Ἀμφὶ βαθυπείανα ῥάχην Μαυραυσίδος ἄκρης.

*Quoscumque Libycus sol, aureo demulcens radio, crocei
simul, & aurei coloris lapidum fulgores gignit versus
Maurausidis montis radices.* Hisce versibus mirum
in modum Poëta Graecus colores Numidici marmo-
ris ob oculos ponit : namque pro significando flavo
illius colore, χρυσῆν *aureum* usurpavit, cum vere
aureus, χρυσεὺς *flavus* sit, Virgilio enim *aurea* *Caesa-*
ries, & Ovidio *barbae color aureus*, idem ac *flava*,
vel *flavus* : quinimo *flava moneta* est *aurea*. Mar-
tialis,

XIV. 12.

Hos nisi de flava loculos implere moneta

Non decet : argentum vilia signa ferant.

Et

Et alibi *flavos* dixit pro numis aureis ,

Et de moneta Caesaris decem flavos.

XII. 65.

Ita & Dionysius , *λίθους ὡς ξανθὰς* , ὃ *χαυνοὺς lapides quae flavos , quid aureum* indicare dixit. Pro explicandis autem maculis purpureis ejusdem marmoris Paulus Silentarius *καρμίντιν croceum* adhibuit : Croceus enim *rubber* dicitur , *rubens* , ac *Tyrius*.

de Coelest.
Hier. p. 199.

Ovid. amor. II.
6. 22.
Virg. Georg.
IV. 182.
Claud. in Ep.
de coma 8.

Post Aegyptia marmora heic arcessendum puto

DE ARABICO.

lapidem Arabicum , qui Diodori testimonio , nitore

& candore Lygdum Pariam superabat *διότι ἐστὶ ἡ Παιία*

II. p. 95.

Λύγδος , ἔτι ἄλλῃ θαυματομένη πύγμα πρὸς Ἀραβίῳ λίθοις ἐξισοθῆναι δύναται , ὅν λαμψρότητα μὲν ἡ λευκότης , βαρύτητα δὲ ὁ σκληρότης , ἡ δὲ τοῦ

ἴσους ὑπερβολῇ ἰσότητι ἐκ ἀπολείπεται *Quocirca nec marmor Pa-*

rium , nec aliud mirabile saxum , cum lapidibus Ara-

bicis comparari potest : quorum & candor nitidissimus

& pondus est gravissimum , laevor praeterea caeteris ad

excellentiam nihil facit reliquum. Arrianus in *Peri-*

plo maris Rubri inter merces , quae ex Muza Ara-

biae emporio exportabantur , *Λύγδον* numerat , vel

qui ex Indiae locis afferebatur , *Οὐχύνην λίθον* , lapi-

dem nempe , non gemmam , de qua Zenothemis,

Q 3

&

& Sotacus pertractarunt : Strabo enim *πικύλλω λιθίαν*
 Synnadicum, Scyrium, & Hierapoliticum appellavit
 marmora. Singularis marmoris Arabici dos *λευκότης*
 erat : quod & Dioscoridem non effugit ἡ δὲ Ἀραβικὴ
λεγόμενος λίθος εἰσιν ἐλέφαντος σπιλῶς Arabicus lapis similis est
eboris maculae. Atqui textum librariorum inciticia
 corruptum sic emendavit ac in meliorem formam
 restituit Claudius Salmasius *εἰσιν ἐλέφαντος ἀσπιλῶς similis*
est ebori sine macula, vox enim *ἀσπιλῶς immaculatum*
 sonat. Ex albo hoc marmore constabat, ut opi-
 nor, thronus extra portam Adulis (urbs enim erat
 Aethiopiae in mari Arabico) quae Axomum duce-
 bat, ubi inscripta legebantur Ptolemaei Evergetis Ae-
 gypti regis gesta in Arabia, Perside, Aethiopia, ac
 in aliis regionibus. Inscriptionem tam praeclaram
 e marmore excepit in sua peregrinatione ad Arabes,
 & servavit Cosmas monachus Aegyptius, qui Ju-
 stiani saeculo vixit, in *Topographia Christiana* edita
 a Clar. Viro Bernardo de Montefaucon. Thronus
 construebatur *ἀπὸ δοκιμασίου μαρμάρου λευκοῦ ὡς αἶσιν τοῖς σκαπέλαις τοῖς*
λευκοῖς, ἡ μὲν τοῖς Πελοποννήσιος ex pretioso marmore albo, qua-
lia

Ptol. VIII. Tab.
 IV. p. 234.

p. 140. edit. Pa-
 ris.

lia sunt ea, ex quibus mensae marmoreae albae conficiuntur, non autem ex Proconnesio. Antiquissimam hanc celeberrimamque Inscriptionem Allatius primus Romae divulgavit anno 1631, post eum Thevenotius, cui eam communicaverat literarum decus Emericus Bigotius exscriptam ex MS. Codice Cosmae in Bibliotheca Laurentiana, ac demum Jabus Sponius recudendam curavit.

De Italicis marmoribus nunc differendum, quae in tanta aestimatione non fuere, ut cum Graecis, & Aegyptiis possent praestantia ac pretio contendere. In primis occurrit marmor Lunense, quod e montibus Lunae in Etruria excidebatur. Luna Urbs, & portus, ut Strabo inquit ἡ μὲν Ἀἰνὸς πόλις ἐστὶ τῆς Λυμῆς. De qua Silius Italicus,

DE MARMO-
RIBVS ITALI-
CIS, LVNEN-
SI, PISANO,
TIBVRTINO,
GABINIO, ET
ALBANO.

Tunc quos a niveis exegit Luna metallis

VIII. 482.

Insignis portu, quo non spatiosior alter

Innumeras cepisse rates, & claudere pontum.

Fodiebantur in his lapides albi, & discolores, ad caeruleum vergente specie, ut ait Strabo μέγας

V. p. 222.

ἀλὸς τοῦ Λαυνοῦ τοῦ καὶ πικρὸν γλαυκίζοντος. Tam magno numero,

ac

ac mole , ut etiam columnae , ac tabulae pergrandes unico constantes lapide inde exciderentur , pro aedificandis egregiis operibus , quibus Roma , & aliae Vrbes ornabantur , teste eodem Strabone.

MARMORVM LVNENSIVM mentio in antiquis Inscriptionibus , qua de re postea disputabimus.

Hujus marmoris usus omni fere aetate invaluit , uti

Sat. III. 257.

& inpraesentiarum viget. Ab Juvenale , qui usque ad Trajani tempora vixit , *Ligustica saxa* dicuntur , & Claudius Rutilius , ut alios mittam , qui sub Honorio Augusto floruit , illa describens collaudat eximie.

II. Itin. 644.

Indigenis superat ridentia lilia saxis ,

Et laevi radiat picta nitore flix.

Drives marmoribus tellus , quae luce coloris

Provocat intactas luxuriosa nives.

Pisa , quae in medio Arni , & Aesaris est sita , Vrbs quondam florentissima , aevo tamen Strabonis

non ignobilis *διὰ τὴν εὐκαρτίαν , καὶ τὴν λιθοργίαν καὶ τὴν ὕλην τὴν*

συστηγμένην , ἣ τὸ μὲν παλαιὸν ἔχοντο πρὸς τὴν κατὰ θάλατταν κινδυνόουσαν

ob fertilitatem , Lapicidinas , & materiam navalem ,

qua

qua olim usi sunt ad maritima praelia. Neque heic silentio praetereunda duo marmora, quibus utebantur Romani ante devictam Graeciam, & Asiam, unde luxuires, & opes in eos deductae, Tiburtinum, Gabinium & quod *ῥοθῖον rubrum* vocabatur.

E Lapidinis Tiburis saxa eruebantur, ex quibus Palatia, aliaque opera Romae constructa fuisse

Strabo prodidit τὸν πλάγιν ἔργον τῆς Πόλεως ἐπεὶ θύει κατισχυ- V. p. 238.

αζόμενον. De Tiburtinis vero marmoribus Vitruvius ita II. 17.

sufferunt & ab oneribus & a tempestatibus injurias, sed ab igni non possunt esse tuta, simulque, ut sunt ab eo tacta, diffiliunt, & dissipantur.

Marmoris Tiburtini in antiqua Inscriptione Romana mentio fit,

POSTEA. PLACVIT

MCVIII. 6.

LAPIDE. TIB. AMBOS. IN. SE. CIRCV

DARE. ET. TITVLVM. INSCRIBERE D. C

MESSALA. ET. SABINO. COSS

decessit enim A. V. 967. Christi. 214. Caracallae imp. 17. Neque minoris usus fuit Gabinium in aedificiis. Gabii jacent in via Praenestina *λατόμενον ἔχοντες*,

R

quae

quae urbs *Latomias* habet. Gabinii Tacitus etiam
 Hist. XV. 43. meminit sicut & Albani, ut suo aevo [vixit enim
 praef. I. Hist. usque ad Trajanum] *aedificia ipsa certa sui parte sine*
trabibus, saxo Gabinio, Albanoque solidarentur, quod
is lapis igni impervius est. Hinc *Albanae columnae*
 Aug. 72. apud Svetonium. De Lapidinis Albanis Vitruvius
 primus verba fecit in lib. II. de Architectura, quo-
 rum *saxa in opere facillime tractantur, & si sint in*
locis tectis, sustinent laborem, sin autem in apertis,
gelicidiis, & pruinis friantur, & dissolvuntur.

DE MARMO-
 RIBVS GAL-
 LICIS, ET
 HISPANIS.

Heic de marmoribus Gallicis dicendi locus fo-
 ret peropportunos, nam & Gallia Lapidinis afflu-
 bat, sed cum non magno fuerint a Romanis aesti-
 mata: idcirco scriptores ea penitus omiserunt.
 Strabo, qui omnium diligentiam in recensendis La-
 picidinis facile superavit, ubi sinus Massiliensis pro-
 montorium describit *πλησίον λατομίων ποταμῶν* *vicinum La-*
pigidinis quibusdam fuisse ait, de quibus sermonem
 nullum sibi instituendum duxit, cum ceteroquin
 colores, praestantiam, vel usum aliarum studiose
 memoret. Vlpianus sub Alexandro Severo praefe-
 ctus

IV. p. 180.

ctus Praetorio , marmora Galliae tantummodo indicavit his verbis, *neque instructu est marmor nisi tale sit , ut lapis ibi renascatur : quales sunt in Gallia.* Dig. XXIV. t. 3.
 Temporibus tamen Justiniani Imperatoris Celticum magno fuit in pretio , vel quia novissime tunc temporis repertum , vel quoniam magis pretiosa marmora jamdudum defecerant. Nigrum fuit candidis venis interstinctum, de quo Silentiarius in descriptione Templi Sanctae Sophiae ,

Ὅσα το Κελτῆς ἀνῆκε βαθυκυανῶς ἐξόντη

p. II. 220.

Χρυσὸ μέλαν εἰλέοντι , πολλὴ γλάγος ἀμφιβαλῶσα

Ἐκχυντο δ' αὖ τὴν ὁρμήν αἰμαίνοντο ἔνθα καὶ ἔνθα.

Et quodcumque fert mons Celticus crystallis abundans colore nigricanti marmor , sed lacteis venis passim effusis, nulloque ordine hic & illuc vagantibus distinctum.
 Montem Celticum pro Alpibus usurpo , fretus Philippi testimonio , qui etiam sub Imperatoribus Byzantinis floruit ,

Ἦν Κελτῶν νηροβλήτης αἰὲν περὶ μέγας Ἀλπεύς ;

Anthol. L. 2.

An Celtarum nivibus conspersae Alpes ? Cui adscri-

R 2

bendum

De Aedif. Ju-
stin. IV. 5. p. 89.

IV. 10.

III. 2.

III. 3.

bendum puto Procopium Caesariensem, ubi Rhenum

oriri dixit *de Κελαις ὁ ποταμὸς Γάλλοι ἐποικιλοῦσιν in Celtis*,
qui nunc Galli appellantur. In quo Caesari consen-

tit, *Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt:*

Pomponioque pariter Melae hisce verbis, *Rhenus ab*
Alpibus decidens.

Hispania etiam non modo metallis auri, ar-
genti, plumbique abundabat, sed & marmoribus

erat referta, ut Plinius ait, *sunt & marmororum*

Lapidinae, sed de iis nil peculiare Auctores

antiqui literis consignarunt.

AD

AD
CELSISSIMUM
DOMINUM
JOSEPHUM
VINCISLAVUM
LAVRENTIUM
A LIECHTENSTEIN

S. R. IMP. PRINCIPEM, NICOLSPURGI,
OPPAVIAE, ET CARNOVIAE DUCEM IN
SILESIA, COMITEM RITTBERGI, DOMINUM
HEREDITARIUM RVMPURGI, ET LVNDE-
BURGI,

BVRGI, PRAEFECTVM ALAE EQVITVM,
QVI LEVIS SVNT ARMATVRAE, CAESARIS
AB INTERIORIBVS CONSILIIS, EJVSQVE
NOMINE AD CHRISTIANISSIMVM
GALLIARVM REGEM
LEGATVM

DISSERTATIO I.



Bi primum Te, CELSISSI-
ME Princeps , conveni
apud Excellentissimum Comitem
Andream Hamiltonium *νιν μακεδόντων* Vi-
rum gravem , genere insignem , Tui-
que amicissimum , qui comiter viam
monstravit ad Te salutandum ; nihil
mihi potius fuit , quam ut animi mei
significationem , qua voluntate , ob-
servantia , amore erga Te sim affe-
ctus , Tibi patefacerem. Virtus enim
nos ad se allicit , ut eos diligamus , in
quibus ipsa inesse videatur , eoque
magis , si cum humanitate , ac mo-
rum

rum nobilitate sit conjuncta. Quid enim optabilius, jucundiusque mihi contingere potuit, quam abs Te excipi perhumanissime, Tuisque sermonibus interesse, & delectari? nunquam descendet ex animo meo illius diei memoria, in quo sermonem ad multam noctem produximus, variis disputationibus de rerum natura, de officiis, de Veterum militia, de inventis Recentiorum, quae omnia gravissime, & copiosissime explanasti. Cognovi enim quantis ab incunte aetate institutis & praeceptis fueris eruditus, quantumque in omni liberali scientia perdiscenda profeceris, quantaque accessio Tibi in re militari, cui nomen dedisti, facta sit ex scientiis, &

& disciplinis. Hæ quidem Duces
in bellum missos majore dignitate, &
laudibus amplissimis condecorant,
exemplo Marci Catonis, & Scipio-
nis Aemiliani, qui fortes, & magni
Viri in summum gloriæ fastigium
ascenderunt, non modo rebus gestis,
ut opinor, sed scientia, prudentia, &
morum gravitate, quibus bellicam
gloriam cumulabant. Omitto Peri-
clem, Thucydidem, & Xenophon-
tem: sunt enim omnes aequales inter
se ingenio, & doctrina. Sed illud
maximum, quod excellenti animo
humana despicias, gloriæque cupidi-
tatem contemnis, cum honestum,
decorumque illud naturæ consenta-
neum, in factis positum, non in glo-

S

ria

ria putas, potiusque Te velle probum
esse, quam videri, vel laudari operam
praeſtas : ſolet namque inani illa cupi-
ditate eripi libertas , pro qua tuenda,
pericula adire , laboresque ſuſcipere
ſponte commovemur. Hac animi
magnitudine, & fortitudine nullique,
neque homini, neque perturbationi-
bus, nec fortunae ſuccumbis, nec
voluptate frangeris, quoniam animus
Tibi paratus ad utilitatem commu-
nem, non ad Tuam, ad aliud non
contendit, quam ad optimum, ad
juſtitiam, & veritatem : honeſtum
enim eſſe non poteſt, quod juſtitia
vacat, neque juſtum valere poteſt
ſine veritate. Ab antiquiſſimis au-
tem ac nobiliſſimis Majoribus Tuis
here-

hereditario quasi jure Tibi delatam
hanc fortitudinis formam accepisti,
quorum talis fuit vita, vel fortuna,
vel gloria in militia, & in secretiori-
bus Aulicis Consiliis, ut vel provide-
rent prudenter, vel strenue pugna-
rent, vel agerent constanter, vel acute
responderent pro salute florentissimo-
rum Civium suorum, aut pro tuendis
juribus Augustorum, quos in maximis
temporum perturbationibus fide, ob-
servantia, & amore semper sunt pro-
secuti. : Quid ego de moderatione
Tua, de temperantia, & earum simi-
libus virtutibus dicam? quas eximias
ac poene divinas universi in Te suspi-
ciunt, atque admirantur. Quid de
patrocinio erga illos, qui Te colen-

tes patronum sibi elegerunt ? quos tutaris semper ac beneficiis cumulas. Quid de prudentia in rebus gerundis ? quas ita moderaris, & gubernas consilio ac solertia in maximis & difficilissimis negotiis, ut nihil posset accedere. Quid de benevolentia, qua homines amicos Tibi devincis ? quorum causa multa facis, quae Tua causa nunquam faceres, non ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia, ut illis plurimum tribuas, a quibus plurimum diligeris : quin etiam de Tuis commodis detrahis multa, ut iis amici potius, quam Tu, perfruantur. Quamobrem isthaec virtus omnibus, quae in animo Tuo, tanquam in tuto domicilio, sedem posue-


posuerunt , pulchrior , nobiliorque ,
& magis a natura ipsa profecta , prae-
lucet : his praesertim miseris tempo-
ribus , ac perditis moribus , in quibus
amicitiae coluntur non propter ho-
nestatem , sed spe amplificandae for-
tunae , veteres spernuntur , ut novis
indulgeatur , & quod passim videas ,
recte factis , commodisque amico-
rum , amicos (si tamen hoc nomine ap-
pellandi sunt) amicos , inquam , an-
gi , dolere , invidere : sicque fidem
omnem , charitatem , stabilisque be-
nevolentiae fiduciam pessumiri oport-
tere : omnia denique suspecta , con-
fusa , sollicita fieri . Tu vero rejectis ,
& explosis factis illorum perfidiosus ,
& nefariis , quae dominantur potius

inter beluas, Tyrannos, praedones,
vel hostes, amicitiam omnibus rebus
humanis anteponis ; Tibique infidet
sententia, quae nunquam a Te divelli
potest, amicitiam naturae aptam, &
convenientem ad res vel secundas, vel
adversas, nec nisi in bonis, & sapien-
tibus esse : reliqua vero incerta, ca-
duca, divitias, honores, potentiam,
voluptates, quae non tantum in no-
stris consiliis posita, quam in fortu-
nae temeritate. Hisce insignibus ani-
mi Tui virtutibus, de quibus nefas esse
duxi, ut sileretur, adductus sapientif-
simus Imperator CAROLVS. VI.
SEMPER AVGVSTVS, qui inge-
nia, moresque suorum pernoscit, Te
variis Legationibus ad Principes Ger-
maniae

maniae perfunctum delegit , ut Parisios ad Christianissimum Galliarum Regem de maximis Reipublicae negotiis legatus obires. Ad Urbem illam profectus artium bonarum procreatricem quandam & quasi parentem , & nutricem , quae ingeniorum praestantiam fovet ac scientiarum elegantiam sibi pro jure suo , omnium gentium consensu , vindicat , ut ipsius antiquae Graeciae florentem statum ac pristinam gloriam exaequat , quin longius ob imperii amplitudinem ac potentiam anteire , atque exsuperare videatur. In tanto literatorum hominum conventu , sermone ac consuetudine , quibus Lutetiae Parisiorum animum Tuum delectatione complex , hanc
differ-

differtationem invenustam sane , inelegantem , rudem , male edolatam , nullisque decoram gratiis , Tuo tantummodo clarissimo nomine fulgentem , ea humanitate excipere velis ,
CELISSIME PRINCEPS , qua me primum excepisti , ut si aliquid succissivi temporis e gravissimis , summisque occupationibus ereptum Tibi vacat , ad ea Antiquitatis studia Te conferas , quae semper excoluisti.
Vale, VIR NOBILISSIME , Deumque rogo , qui mente provida praeclaram Mundi naturam gubernat , ut omnia consilia Tua prosperet ,
Teque incolumem , salvumque nobis restituat.

DE



DE QVARVNDAM LAPICIDI-
NARVM EPOCHIS , ET INVENTORIBUS ,
DE DAMNATIS AD LAPICIDINAS, DE PRAE-
POSITIS EFFOSSIONIBVS MARMORVM, DE
MACHINIS , MORBIS , ET INSTRVMENTIS
LAPIDARIORVM, DE TINCTVRA, ET FER-
RVMINATIONE MARMORVM AC DE
ARTE CHARACTERIA.

Rixantur, & in contrarias sententias distrahun-
tur doctissimi Viri in disputando, an *Lapicaedinae*, vel *Lapicidinae* sit dicendum: primum
adstruunt Hotomannus, Philander, & Dacerius, alii
vero aliter sentiunt. Namque in antiquis mar-
moribus saepe *Lapicidinis*, semel tantum *Lapicaedinis*
invenitur. In Pandectis Paullus *Lapicidinas*, Ulpia-
nus, & Javolenus *Lapidicinas* habent: Graeci vero

ap. Grut.
MXXXV. 2.

λατομίας, λιθομήτρα, λίθων μεταλλείας, λιθοτομίας, Strabo λατόμνη,

XIV. p. 645. &
X. p. 446.

T

quam-

quamvis Budaeus *λατομίαν* potius legendum censcat :
item *λατομίαν*, sed frequentius in plurali numero *λα-*
τόμια, ut Diodorus , & Lucillius,

II. p. 93.

Anth. II. 38.

νόμισον λατομίων.

Lacon. p. 264.

Plautus *Latomias lapidarias*. Pausaniae *λατομία* est *μία*
μία πύσσα συνεχής οὐ διήκουσα perpetuum, & non interruptum
saxum. Gravissimis autem Jurisconsultis *Lapidinae*
marmoreae, vel *Lapidinarum venae*, & Impera-
toribus Augustis *marmorum venae*, vel *saxorum ni-*
tentium venae: quod ab Graecis prius dictum *ἐν πί-*
σσησι φλεβίς. Unde venusti marmoris decus in venis

Dionys. Alex.
in Per. 1104.

Anth. IV. 18.

Ὅρῃς τὴν κάλλος, ὅσον ἐστὶ τῆς λίθου

Ἐν ταῖς ἀπάνταις τῶν φλεβῶν εὐταξίαις.

Aliquando *metalla*, vel *metallum marmoreum* in
Pandectis, & in Codice: quod ante a Poëtis usur-
patum. Martialis,

VI. 42.

Illic Taygeti virent metalla,

& Papinius Statius,

de via Domit.
99.

Et totis Ligurum nitens metallis:

forma tamen loquendi e Graecis deducta, quibus
metallum *καὶ τὸ μεταλλῶν* est quicquid subtus terram
inqui-

inquiritur, effoditurque ad hominum utilitatem,
& commoditatem,

ἐνερθε δὲ χθονὶ

Κερύμμεν' ἀνθρόπινον ἀφελήματα.

Aeschyl. in Prometh. 500. ed. Lond.

Ob id Strabo marmor Lunense dixit μέταλλα λίθου λευκοῦ,

& Diodorus μέταλλα τῆς συσφύσεως *aluminis metalla* : quo V. p. 203.

sensu Apulejus sulphur, *vivax metallum* appellavit.

Hinc Hebraeis Doctoribus מַטְרֵי מַטְרֵי *metallici*, quo-

niam מַטְרֵי est *inquirere*. Chaldaeis vero quod ef-

foditur, uti מַטְרֵי מַטְרֵי *fodinae salis* : Hebraeis Ezech. XLVII.

etiam מַטְרֵי מַטְרֵי quoniam מַטְרֵי. & מַטְרֵי *effodere de-* Soph. II. 9.

notant : eademque ratione ac Imperatores Augusti

dixere *marmora perquirendi*, vel *defossis in altum* Cod. Th. de de Metal.

cuniculis. Qui primus Lapidinam invenerit, Cad-

mus Phoenix fuisse dicitur Κάδμος ὁ Φοῖνιξ ἀποτομίας ἐξεῦρε, Clem. Alex. I.

clarus quod e Phoenice literas in Graeciam intulerit, Strom. p. 363.

& quod in monte Pangaeo auri, argentique metal-

la excogitarit : quam peritiam in sua ad Aegyptios

peregrinatione accepit, quos ab antiquis temporibus,

quae Cadmum antecesserunt, lapides ex mon-

tibus Arabiae, & Aethiopiae, pro operibus publi-

cis faciendis, perfodisse constat. Verum de Lapidinarum, quae in Graecia repertae sunt, Epochis peculiaribus aliquid periclitari, vel delibare arduum fane videtur: desiderantur enim Theophrasti, Ephori, Deiniae, Scamonis, aliorumque libri *περὶ εὐρημάτων de inventionibus*, quos Clemens Alexandrinus, & Athenaeus indicarunt. Idcirco ne hanc provinciam intactam relinquamus, aliqua ab Auctorum aetate petita, qui marmora meminerunt, in medium proferre libet, ut aevo antiquiora a recentioribus dignoscere possimus: qua methodo aliis in rebus Chronologos usos fuisse pro comperto habemus. Neque satis mirari possumus, quod marmora Graeca, quorum supra mentionem fecimus, non fuerint ab Homero memorata, qui ἰ μάλιστα ἐξήχωντες

Athanas. orat.
cont. Gentes p.
16. edit. Paris.

πολλὰς in libro II. Iliadis plurimas Graeciae regiones, civitatesque variis laudibus ornavit, sed nunquam a Lapidinis, Athenas nempe, Carystum, & Chalcida, sive Euboeam, marmoribus postea nobilitatas. Herodotus etiam, cujus apud eruditos plurimum auctoritas valet, annis quadrigentis Homero

II. p. 53.

mero pōsterior , cum saepe Lapidinas Aegyptias
 commemoret , Graecas tantummodo marmōris Po-
 rini , & Parii recensuit , ubi de templo Delphico ,
 quod Παρίου λίθου *ex Porino lapide* , at anteriora Παρίου V. p. 62.
ex Pario Alcmaeonidae fecerunt Ἰππίου τετραγευόντος *Hip-*
pia tyrannidem exercente Athenis ; namque ὁ γὰρ
 πρῶτος ἐν αὐτῇ , αὐτομάτως κατὰν *illud prius sua sponte* II. p. 180.
deflagraverat , vel incensum a Pisistratidis , ut opi-
 natur Scholiastes Pindari Pyth. VII. ante mortem
 Amasis Aegypti Regis , qui impensas subministravit
 novo templo condendo , ut ait Herodotus : quam VI. p. 180.
 ob rem cum Amasis mortuus fuerit Olymp. LXIII.
 3. videtur templum Delphicum arsisse Olymp. LXIII.
 2. Quo anno mundi , vel qua Olympiade Hip-
 pias regnaverit, inquirendum superest. Hipparchum,
 & Hippiam Athenis regnantes Eusebius collocat O-
 lymp. LXV. A. M. 3430. qui respondet numero
 Eusebiano MCCCCXCVII. cumque postea Hippar-
 chus occubuisset ab Harmodio , & Aristogitone oc-
 cibus , Hippias solus regnum administravit annis IV. Thucyd. VI. p.
 post ejus mortem , quae evenit Olymp. LXVI. 4. 383. edit. Amst.

T 3

sicque

sicque Hippias pulsus in exilium Olymp. LXVII. 3. tertio anno completo, quarto autem inchoato post caedem Hipparchi. Intra id temporis Apollini in Delphis Alcmaeonidae e lapide Porino templum posuerunt.

Marmor Hymettium aetate Xenophontis praec-
de Prov. p. 251. clarum fuit habitum Athenis, & in universa Graecia, ac celebre etiam apud extraneas nationes. Floruit Xenophon anno III. Olymp. XCV. quo Cyrus minor interficitur, cujus historiam scripsit, ac bello interfuit: caditque in numerum Eusebiano MDCXVII. hoc est A. M. 3550., quo marmor Hymettium magno aestimabatur. Atqui Tyrium omnium antiquissimum, ex quo constructum templum a Salomone Hierosolymis A. M. 2917. qui respondet numero Eusebiano XMLXXXIV. Marmor Parium ab Anacreonte Tejo, qui primus in Ege-
Clem. Alex. I. strom. p. 365. ma excogitavit, *Λύδων* dictum. Floruit anno I. Olymp. LXII. A. M. 3418. ad numerum Eusebiano MCCCCLXXXV. Epocha Proconnesii ab aetate Mausoli Cariae regis petenda, qui palatium ex eo mar-

marmore condidit. Obiit Mausolus , ut refert Plinius Olympiade C. 2. *ὅτι τὸ πρῶτον περὶ τοῦ σελυχρῶ πε-* XXXVI. 6.
celebris, ut facete de more suo ludit Lucianus. Mar- in Nocyom. p.
 moris vero Ephesii, ex quo templum Dianae con- 336.
 structum, Era inventu difficilior : etenim adhuc non
 convenit inter Scriptōres , a quo conditum ab ini-
 tio , cumque multoties fuerit incensum , devasta-
 tum, & dirutum , ac postea ab aliis erectum , in-
 stauratum ac *septies restitutum* , certam epocham Plin. XVI. 40.
 ponere frustra laboraremus. Antiquissimis tempōri-
 bus , non vero ab Amazonibus, ut Pindarus , &
 Callimachus , fuisse aedificatum adserit Pausanias *ὅτι*
παλαιστῆς τὸ ἱερόν τοῦτο ἐκτίθη. Quam ob rem de eo , in Mess. p. 357.
 quod a Vitruvio , & Strabone memoratur , verba
 faciamus , de templo scilicet Dianae Ephesiae, quod
 ab Herostrato deinde fuit incensum. Ac primum
 de Lapidinae inventore. Pixodorus Lapidini-
 nam invenit ovium pastor , atque ob id Ephesii
honores ei decreverunt , qui usque ad aetatem Vi-
 truvii perdurabant [Sub Augusto enim libros de
 Architectura divulgavit] *hodieque quot mensibus*
magi-

X. 7.

magistratus in eum locum [qui non amplius , quam millia passuum octo ab Vrbe distabat] proficiscitur , & ei sacrificium facit , & si non fecerit , poena tenetur. Mos enim in Graecia fuit , ut sacra anniversaria conditoribus civitatum celebrarentur. Hinc

Diod. VI. p. 38.

Miltiadi Cherfonitae θύειν, ὡς ὁ νόμος, οἰκίῃ ut mos est conditori sacrificant. Vel earum servatoribus, Amphipolitaе namque in Macedonia Brasidae Lacedaemoniorum duci ob urbem eorum servatam bello ἐποιεῖς θυσίας

Thucyd. V. p. 29.

annis anniversaria sacrificia largiti sunt , eodemque modo ab Ephesiis , ut opinor , Pixodoro factum , qui marmor invenit pro construendo Dianae templo. Neque immerito id factum : nam qui major utilitatis fructus ? quod praestantius emolumentum , ac beneficium Civibus praeberi potest , quam commodo Urbis , ornatui , ac incremento , & Templorum , aediumque sacrarum substructioni consulere ?

XIV. p. 658.

Idcirco bene dictum a Strabone Τοῦτο μὲν ἐφελός ἐστιν εὐ μὲν τὴν πόλιν πρὸς τὰς ἐκδομὰς ἀφθονίαν , καὶ ἐγγύθειν ἔχειν , καὶ μάλιστα πρὸς τὰς τῶν ἱερῶν , καὶ τῶν ἄλλων τῶν δημοσίων ἔργων κατασκευὰς. Neque exiguum est hoc emolumentum ,

lapidum

lapidum suppeditari copiam amplam, idque de propinquo, ad aedificia, & substructiones, maxime templorum, aliorumque publicorum operum.

Templi autem Ephesi operi praefuit Ctesiphon Gnoſſius, ut Vitruvius, vel Chersiphron, ut Strabo tradidit

ὅτι δὲ τὸν τῆς Ἀρτέμιδος ἁγίου μὲν Χέρσιφρων ἐγκρατέστερος, οἷο' ἄλλος XIV. p. 640.

Chersiphron: alius deinde majus fecit. Cui addas licet

ex Vitruvio etiam Metagenem ejus filium, qui am- praef. lib. VII.

bo de ejus Ionica aedis constructione volumen ediderunt. Qui vero perfecerint, atque ampliaverint, ut

Straboni lux afferatur, ex eodem Vitruvio explicamus, praef. lib. VII.

Demetrius ipse Dianae servus, & Poenius Ephesius

fuere. Hic est Poenius ille, qui Apollini Mileſio

aedem ſymmetriis Ionicis una cum Dapnide Mileſio Vitruv. ibidem.

instituit, quam a Xerſe combuſtam, ipſorum opera,

Mileſii refecerunt, ut narrat Strabo οὕτως δ' οἱ Μιλεſιοι XIV. p. 634.

postea temporis Mileſii tem-

plum omnium maximum construxerunt. Poenius er-

go, post expeditionem Xerſis in Graeciam, vixit

eodem, quo Scopas, aevo, qui trigintaſex co- Plin. XXXVI.

V

lumnas

14

lumnas in templo Ephesio caelasse dicitur, antequam
ab Herostrato fuit incensum, id est ante Olympiadem
CVI. Florebat enim Scopas Olympiade
XXXIV. 8. LXXXVII. Manifesta tamen est Era marmoris Pen-
telici ab aetate Byzae deducenda, qui ex eo tegulas fe-
cit, ut Jovis Olympii templum tegeret ἡλικίῃ δὲ ὁ Βύζης
Paus. Eliac. p. 398. οὗτος κατὰ Ἀλυσίῃ τὴν Λυδίαν καὶ Ἀργύρῃ τὴν Κυαζάρῃ, βασιλεύοντι
ἐν Μήδοις ὡγίῃ Byzen hunc illis temporibus proditum
est, quibus in Lydia Alyattes, & Astyages Cyaxaræ
filius regnavit in Medis. Astyages regnabat an. IV.
Olymp. XLV. A. M. 3351. ad numerum Eusebianum
MCCCCXVIII. Longe superior Era Lapidinae
Syracusae, si vera tamen sit Xenophanis, Varronis,
p. 82. & Sexti Pompei sententia, de qua diximus supra,
quoniam Syracusae in Sicilia conditae Olymp. XI. 4.
VL p. 349. Thucydides quippe τὰ ἐχόμενα ἐτὺς insequenti anno post
Naxum Syracusas aedificatas enarrat: Nexus autem
condita Olymp. XI. 3. Reliquae vero Lapidinae tan-
tam originis vetustatem sibi non adsumunt, nam ex-
ceptis Taenariis, quae a Strabone παλαιὰ antiquae vocan-
de lapid p. 392. tur, λιθοπηγία Χίων Chiorum Lapidinae a Theophrasto,
qui

qui florebat Olympiade *παύση καὶ δεκάτη καὶ ἑκατόστη* *centesima quarta decima*, primum memoratae, ac deinde a Carneade, qui vixit Olymp. CLXIV. 4. quique Romam ab Atheniensibus missus, ut ait Cicero, P. Scipione, & M. Marcello Cofs. hoc est anno V.C. 599. Marmor ex Taygeto monte aetate Strabonis, [vel, ut ipse inquit *νῦν* *nuper*] impensis Romanorum satis superque effossum, uti aetate Plinii Lunense, ubi de Patrio haec ait, *multis etiam candidioribus postea reperi- tis, NUPER etiam in Lunensium Lapidinis*. Particula enim *nuper* denotari, quae in nostra aetate evenerunt, & non supra, ex eodem Plinio constat, *rebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone*, qui Armenios sub Nerone bello devicit, ac prius sub Claudio inferiorem Germaniam administraverat. Sic etiam Strabo de Juba patre, qui *νῦν ἐπὶ τῷ βίῳ* *nuper vita functus*, & alibi eadem ratione utitur voce *νῦν*.

Diog. Laërt. p. 289.

Acad. IV.

XXXVI. 5.

VI. 8.

Tacit. an. XV. XI. 20.

XVII. p. 828.

XVIII. p. 366.

Lapidinae non modo in montibus, sed & in campis inventae, uti Lapidina in Croacis, quae *καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ* *Laconici agri vicus*, alibi Pausanias

Paus. Corinth. p. 117.

Lacon. p. 264. habet *λίμνη*, in quo *λίπορμύα* *Lapidinae*. Carystiae *Lapidinae* juxta Marmarium sitae sub Ocha Euboeae monte altissimo, ut supra diximus. Marmor item Atracium, quod Polluci *λίος Οτρυνός*, planis in campis, non vero in excelsis montibus nascebatur, de quo Paullus Silentarius,

p. 61.

Part. II. 224.

καὶ Ἀντιόχῳ ἰσχυρῶς λέγουσι
Χθόνι πάλιν ἐλάττωσι καὶ ἐκ ἐλαύχων βήσας.

Univerſae pariter juris quaestiones, quae proponuntur ab antiquis Jurisconsultis, ac solvuntur in Pandectis, ad hoc referuntur, ad *Lapidinas* nempe in fundis inventas: e quibus pulchrior haec est, quam tractat Javolenus, qui Hadriani, Trajani, & Antonini Pii temporibus floruit, ut praeteream Vlpianum, Paullum, aliosque celebres Jurisconsultos, qui etiam hac de re disputarunt: *In lege fundi vendendi Lapidinae in eo fundo, ubique essent, exceptae erant, & post multum temporis in eo fundo repertae erant Lapidinae: eas quoque venditoris esse Tubero respondit: Labeo, referre, quid actum sit: si non appareat, non videri, eas Lapidinas esse exceptas: nemi-*

neminem enim nec vendere, nec excipere, quod non sit; & Lapidinas nullas esse, nisi quae appareant, & caedantur: aliter interpretandis, totum fundum Lapidinarum fore, si forte toto eo sub terra esset lapis: hoc probo. Neque huic inferior, vel absimilis est altera juris quaestio super Lapidinis, quam alibi explicat idem gravissimus Jurisconsultus: *Vir in fundo dotali Lapidinas marmoreas aperuerat: druartio facta quaeritur, marmor, quod caesum, neque exportatum esset, cuius esset; & impensam in Lapidinas factam mulier an vir praestare deberet? Labeo marmor viri esse ait: ceterum viro negat quidquam praestandum esse a muliere: quia nec necessaria ea impensa esset, & fundus deterior esset factus. Ego non tantum necessarias, sed etiam utiles impensas praestandas a muliere existimo: nec puto fundum deteriorem esse, si tales sint Lapidinae, in quibus lapis crescere possit. Univerſa, quae hactenus demonstravimus, paucis Plinius absolvit, non omnia tamen (marmora) in Lapidinis gignuntur, sed multa & sub terra sparsa. Fodiendis Lapidinis marmoreis rei,*

Dig. XXIII. l. 5.

XXXVI. 7.

Quos opere in tali cohibet vis magna,

Orat. Aegypt.
p. 349.

p. 101.

ap. Theod. Hist.
Ecc. IV. 22. p.
180. edit. Cant.

Nov. XXII. 2.

erant destinati. Aristides de Lapidina Porphyrite, in Arabiae montibus haec habet ἐργάζονται δ' αὐτῶν ὡς περ καὶ εἰς ἄλλας δὴ περ καταδικαί *quam colunt, ut alias, rei:* ad quam & Christianos piissimos fuisse damnatos ex Eusebio supra demonstravimus. Ad Lapidinas Proconnesias Diocletianus, & Maximianus Manichaeos addixerunt, quorum sanctionem ex Codice Gregoriano in titulo de *Maleficis, & Manichaeis*, quae in Codice Justiniano desideratur, servavit auctor *Collationis J. C. Romanorum cum legibus Moysis*, editus a Pithoeo, quae decernitur, praeter alia poenarum genera, *Manichaeos Forensibus* [Elaphonenfisibus emendat Pithoeus] vel *Proconensibus metallis dari*. Sub Valente Arrianae sectae propugnatore, Christi Confessores οἱς Φωνησίσις καὶ Περοννησίσις παραδίδοντο μετάλλοις *ad Phennensia, & Proconnesia metalla damnati sunt*, uti ex epistola Petri Alexandrini Episcopi patet. Quae poena Justiniani seculo etiam viguit ἐπεὶ οὖν νῦν ἐστὶ τό τε ἐν Περοννήσῃ *quale nunc est in Proconneso*. In Phenne tamen non marmoris, sed aeris metalla

metalla effodiebantur. Eusebius Φινῶν ἦν κατέκχησεν Ἰσραὴλ in loc. Heb.

ἐπὶ τῆς ἐρήμου. ἦν δὲ καὶ πόλις Εἰδῶμ. αὕτη ἐστὶ Φαννῶν. ἔνθα τὰ μέτα-
λα τῷ χαλκοῦ, μεταξὺ καμένη Πέτρας πόλεως καὶ Ζοορῶν. Divus
Hieronymus locum Eusebii ita Latine fecit, *Fenon*
fuit autem quondam Civitas principum Edom, nunc
viculus in deserto, ubi aeris metalla damnatorum sup-
pliciis effodiuntur, inter civitatem Petram, & Zooram.

Hanc poenam omnium primi praescripserunt

Aegyptii ἅμα μὲν τιμωρίαν λαμβάνοντες παρὰ τῶν καταγυναιέντων, Diod.III.p.105.

ἅμα δὲ διὰ τῶν ἐργαζομένων μεγάλας ποσίδας λαμβάνοντες *cum ut*
poenas de reis sumerent, tum ut horum opera magnos
sibi quaestus facerent. Ad Aegypti etiam metalla

exercenda Titus Hebraeos annis XVII. maiores mi- Jos.Heb. de bel.

lit τοῦ δὲ λοιποῦ πλῆθος τοὺς ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα ἔτη δόσους ἐπαμψεν ὡς τα Jud. VI. 9. p.

κατ' Αἰγυπτίον ἔργα. In metallorum fodinis, ut omnia or- 398.

dinatim procederent, curabant imprimis οἱ ποσειδευόντες Diod.III.p.105.

τοῖς μεταλλικοῖς ἔργοις *praefecti metallicis operis*, ut adesset

ὁ τὸν λίθον διακρίνων τεχνίτης καθηγούμενος, καὶ τοῖς ἐργαζομένοις ὑποδάκνους

artifex praefectus, qui & saxum dijudicat, & viam

operantibus ostendit. Alter vero praefectus καὶ διὰ τοῦτο

ἐδικαιώματος ἐνεργῶν, πρὸς ἐπιστάτη βαρύτητα καὶ πληρὰς *ut opus rei*

pera-

*peragant sine intermissione ad severi praefecti nutum,
& verbera. Hinc Callistratus libro VI. de cognitio-*

Dig. XLIX.
t. 14.

nibus haec ait, in metallum damnatis libertas adimi-
tur, cum etiam verberibus servilibus coërcentur. In

Diod. III. p. 105.

Lapidinis, ne rei aufugerent, videtur deduci compedi-
bis vinciebantur. Plautus,

Captiv. act. III.
5.

*Abducite istum aëutum ad Hippolytum fabrum,
Jubete huic crassas compedes impingier :*

*Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,
In Lapidinas facite deductus fiet.*

L. Reg. V. 16.

Praefecti in Lapidina Libani, ut sollicitarent ope-
ras, erant occupati על המלאכה שרי הנצבים praefecti
assistentes super opificium, dicti in Bibliis, vel ut ha-
bet Syrus מנהל המלאכה ושרי המלאכה qui praece-
rant turbae, quae operi vacabat. Qui vero ope-
ram in Libano monte faciebant לטחנים lapidarii dicti,
in Bibliis autem מנהל המלאכה vel ut Syrus habet מנהל
המלאכה Erant etiam ibidem מנהל המלאכה praefecti dolaturae lapidum.

18.

Nunc de arte illorum differendum, qui lapides
in

in fodinis caedebant, a Svida λουρμη appellata, quae
 ex ejus definitione εἰν ἢ οὐ τοῖς μετάλλοις ἐργάζονται οἱ τέμνοντες
 eorum est, qui lapides in metallis caedunt. Ad lu-
 cernas faxa caedebant. Agatharchides εἰσι μὲν ἐν λύχνους
 προσδεμένους μετώπιοις ἔχοντας λατύνει illi igitur lychnis ad fron-
 tes alligatis lapides caedunt. Eadem habet Diodo-
 rus, qui sub Augusto floruit, ac omnia quae de auri
 fodinis in Arabia narrat, e libris Agatharchidis ex-
 cerpsit, διὰ τὰς δὲ τοῖς διέζυξι σαμάραις καὶ σκαλίστηας ἐν τοῖς δια-
 τεύοντες, λύχνους ἐπὶ τῶν μετώπων, παραρρηματομένους περιφέρει CUM
 propter obliquos fodinarum meandros, & anfractus in
 caligine versantur, lychnos frontibus aptatos circum-
 gestant. Aegyptii primi lucernas accendere docue-
 runt, cum antea facibus uterentur Αἰγύπτιοι λύχνους αὐτοὶ καίμη
 πρῶτοι κατέδειξαν, oleo ex KIKI educto εἰς μὲν λύχνον τοῖς ὑπὸ τῆς
 χύρας χεδόντι πᾶσι quo omnes fere indigenae ad lucernas
 utuntur. Quod inventum Graeci usurparunt in La-
 picidinis Pariis, quarum lapis dictus Lychnites, ut
 supra diximus, quoniam ad lucernas in cuniculis cae-
 deretur, ut auctor est Varro. Multifariam etiam ha-
 bitum corporis transformabant in fodinis πρὸς τὰς πεί-

de mar. rubro
 p. 24. ed. Oxon.

III, p. 105.

Clem. Alex. I.
 Strom. p. 361.

Diod. XXXVI.
 p. 823.

ap. Plin. xxv.
 2.

- Diod. II. p. 105. *σας ιδιότηας μεταχρηματίζοντες τὰ σώματα.* Moris etiam fossoribus erat faccum vel peram gestare, atque ob id ab Hefychio dicti *θυλακοφόροι*, ab aliis vero *πηροφόροι*, quod fodinas subibant cum facculo, aut cucullo tecti, vel quod farinas ad victum in sacculum circumferrent. Quamobrem a C. V. Gothofredo Jungermanno bene correctus Hefychii locus *θυλακοφόροι, οἱ μεταλαῖς θυλάκοις περφόροντες τὰ ἀρώματα καὶ πήραις ὅθεν ἐκαλοῦντο καὶ πηροφόροι* conversa voce *ἀρώματα* in *ἀρώματα*, quae ἄλφιτα denotar, auctore eodem Hefychio *ἀρώματα, ἀροτεῖάματα* καὶ ἐπὶ τῷ ἀροῦν τὰ ἄλφιτα οὕτω λέγεται, ac Sophoclem in *Αἰεσίῳ* adlegat. Vas etiam importabant *περίοδος* dictum, quo ferrum limari consuetum. Pollux *περίοδος δὲ τὸ ἀγγεῖον ᾧ τὴν σιδῆρον καταρτάνουσιν.*
- VII. 99. Neque omittendae columnae lignae, quibus cuniculi fulciebantur, quarum meminit Plinius, *tellus ligneis columnis suspenditur* : item *fornices crebri* relinquebantur a metallariis *montibus sustinendis.* Μεσοκλειῖς columnae in fodinis a Polluce vocantur οὓς δὲ κατέλιπον κίονας ἀνέχου τὴν γῆν οἱ μεταλαῖς, οὗτοι μεσοκλειῖς ἀνομάζονται *mediae vero, quas relinquunt, columnae, metallorum fossores ad terram susti-*
- XXXIII. 4.
- III. 87.

sustinendam μετακεινῆς *nominantur*. Et alibi μετακεινῆς
 κίονες, οἱ δὲ τοῖς μετάλλοις ὑψηλότες ἀνέχουσιν τὰ ἐργάματα *interme-*
diae columnae, quae in metalli fodinis erectae, caver-
nas sustinent. Qui vero machinas, columnasque
 ligneas in fodinis metallorum incenderint, adver-
 sus eos dabatur actio damni infecti, ut Athenis le-
 ge cautum erat, cujus meminit Demosthenes ad-
 versus Pantaenetum AN ΥΦΑΨΗΙ ΤΙΣ *si quis ignem*
importarit: item AN ΟΠΛΑ ΕΚΦΕΡΗΙ *si vasa in-*
strumentaque exportarit. Vasa erant θύλακες, περίοδοι.
 Instrumenta, columnae lignae, machinae, mallei,
 aliaque. Hasce actiones μεταλλικὰς δίκας vocat Demo-
 sthenes, quoniam dabantur τοῖς ἐργαζομένοις μέταλλα *iis, qui*
metalla tractant.

VII. 98.

p. 992. edit.
 Francof. 1604.

p. 443.

Verum quia saepe eveniebat in fodinis, ut
 erumperent fluvii terram subterlabentes, inventa
 fuit machina Cochlea nominata, qua exhauriun-
 tur aquae, ac foras protruduntur. Hanc, quae φιλοτέ-
 χνον τὸ ὄργανον ὑπερβολῶ *instrumentum ingeniosissime fabrica-*
tum vocatur a Diodoro, reperit magnus Archimedes,
 ac primum ea usi sunt Aegyptii, deinde postea ad

X 2

Iberos

V. p. 217.

Iberos in Pyrineis montibus transit ἀπορύττους γὰρ τὰς
 ῥύσεις τῶν ὑδάτων τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λεγομένοις κοχλίας, οὗς Ἀρχιμήδης
 ὁ σираκούσιος εὑρεν, ὅτε παρεβαλεν εἰς Αἴγυπτον. Διὰ δὲ τούτων συνεχῶς
 διὰ διαδοχῆς παραδιδόντες μέχρι τῆς σιμίου τὴν τῶν μετάλλων τέκτον ἀναξηραί-
 νουσι, καὶ κατασκευάζουσιν εὐτεχνον πρὸς τὴν τῆς ἐργασίας πρυγματώσεως
*illos aquarum profluxus cochleis [quae Aegyptiae vocan-
 tur] exhauriunt: inventor harum fuit Archimedes Syra-
 cusanus in sua ad Aegyptios peregrinatione. Per has ergo
 continuae successionis vicibus aquam ad ostium usque
 promoventes, fodinae locum exsiccant, habilemque ad
 operis sui tractationem hac arte reddunt. Ad alios
 usus etiam erant destinatae: Cochlea enim aquam e
 sentina navis Hieronis admirandae magnitudinis ex-
 tractam fuisse ab Archimede tradidit Moschio apud*

V. p. 208.

Athenaeum ἥ δὲ ἀντλία καίπερ εἰς τοὺς ὑπὲρβαλλόντων ἔχουσα δι' ἐνὸς ἀνδρὸς
 ἐξελωτλῶτο διὰ κοχλίας Ἀρχιμήδους εὐρέοντος *sentina porro, quam-
 vis profundissima, ab uno quidem homine exhaurieba-
 tur Cochlio, quod Archimedis inventum. In Aegypto
 autem cochleis, & rotis e Nilo trahebatur aqua ad
 excelsa loca, ut Strabo narrat se vidisse in Babylone
 castello natura munito, in quo stativa agebat una*

ex

ex tribus legionibus , quibus Aegyptus custodiebatur : ab hoc loco usque ad Nilum jugum quoddam

descendit δι' ἧς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ σφοχὸς καὶ κοχλίαι τὸ ὕδωρ ἀνάγουσιν, VII. p. 807.

per quod aqua rotis , & cochleis a flumine trahitur ,

CL hominibus captivis continue opus facientibus.

Hinc quam gravis lapidarium vita sit , quantisque exposita periclis, ac morbis oppressa conjicere licet. Quippe intra montium viscera , saxorum venas laboriosis effossionibus persequuntur , non ad alium hominum usum , voluptatemque, ut dicebat Plinius , nisi ut inter lapidum colores , ac maculas jaceant ditiores , nobilioresque Viri , dimidiae partis vitae gaudia , noctis tenebris auferentibus : quibus non sine multorum nece perfrui necesse est. Quin etiam montes ac pergrandia saxa , quae natura pro regionum terminis dividundis , ac pro aggeribus ad reparandas fluviorum inundationes posuerat, ferro impetuntur , perforantur , ac dejiciuntur : itaque evenit , ut ὁρῶν δὲ καὶ πόντος πληγῇ ραγίσσης ἐξεπηήδισε ρεῦμα

λατρεῖν ὕδατος *saepe etiam montibus , vel saxo , cum caederetur , rupto , rivus aquae exiliat largus , qua fos-*

Plut. in vit.
Paul. Aemil.
p. 262.

fores demerguntur , vel defossis in altum cuniculis , saxa sponte sua decidunt , ut laxatis compagibus , ac fornicum concamerationibus disruptis , lapidarios obruant , vel cuniculorum faucibus obstructis , viaque intercepta exeundi foras , fame , & inedia vitam deferant : quo mortis genere nihil est molestius , vel miserabilius , ut dixit Homerus ,

Odys. XII.
342.

Λιμὴ δ' οἴκτισον θανάειον καὶ πύτμον ἐποσπῆν.

XXXIII. 6.

Plin. XXXVI.
17.

4.

Somn. p. 5.

ad Max. Jun.

Consol. Mal.
Theod.

Satyr. XI. 80.

Quid dicam de vapore , ac de lucernarum effluviis ? nam teste Plinio *in cuniculis vapor , & fumus strangulat* , cum cavantur montes *ad lucernarum lumina*. Accedat eodem oportet , quod in *metallis omnibus crura vitiantur*. Quid de respiratione exitialis pulveris ? quo hausto , difficultate anhelitus , ac tabe pereunt : quod statuariis etiam accidit. Hinc a Luciano describitur statuaria *πάντα γέμισσι marmoreo pulvere oppleta*. Neque immerito ab Statio , & Claudiano *fossor* appellatus *pallidus* , vel *pallens* , a Juvenale vero *squalidus*. Quibus adde corporis statum deorsum inclinati , ac curvi , cum opus urgent , quod thoraci magnopere infestum esse nemo ibit inficias.

ficias. Lapidarii aliquando articulorum morbo laborant, cum in cuniculis, membris frigore contractis, torpore rigent: quod & de nautis similitudine dixit Aratus,

τότε δὴ κρύος ἐκ Διὸς ἐστὶ

Ναῦτῃ μαλίστ᾽ ἐκκλίπτειν.

Et quod magis lethiferum lapidariis, cum auri *venarum canales* offendunt, qui *per marmor vagantur*: Plin. XXXIII.
4.
tunc qui saxa caedunt, naribus excipiunt tetra mercurii, sulphuris, vel aluminis semina, *quae naturali vapore obturant in eorum naribus spiritus animales*. Vitru. II. 7.
At haec omnia Titus Lucretius Carus versibus VI. 806.
nitidissimis descripsit:

*Nonne vides etiam terra quoque sulphur in ipsa
Gignier? & tetro concrefcere odore Bitumen?
Denique ubi argenti venas, aurique sequuntur,
Terraï penitus scrutantes abdita ferro:
Quales exspiret Scaptisula subter odores?
Quidve mali fit, ut exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddunt facies? qualesque colores?
Nonne vides, audisve perire in tempore parvo
Quam*

Quam soleant, & quam vitae copia desit,

Quos opere in tali cohibet vis magna? necesse est

Hos igitur tellus omnes exaestuaret aestus,

Expietque foras in aperta promptaque Coeli.

Ad λιβυρρακίῳ pertinent instrumenta lapidariorum.

Cuique enim arti propria sunt instrumenta, sine qui-

Aristot. I. Polit.
4. p. 224.

bus opus absolvi non potest ἐν ταῖς ὡρισμέναις τέχναις ἀναγκά-
κων ὧν εἴη ὑπάρχον τὰ οἰκία ὄργανα, οἱ μέντοι λιβυρρακίῳ τὸ ἔργον

*in artibus autem definitis, & determinatis, instru-
menta cuique arti accommodata suppetere necesse est,
si futurum est, ut opus ab artifice absolvatur.* Ad

Ovid. XIV.
metaph. 712.

caedendum saxum quod adhuc virum radice tenetur,

Diod. III. p. 105.

λατομικῇ σιδήρῳ Aegyptii in fodinis utebantur, scilicet
τυπῶσι σιδηρεῖς πέτραν κόπτειν *acutis e ferro malleis petram dif-*

ap. Phot. p.
1339.

fidunt: quae Diodorus ab Agatharchide accepit.

Anth. IV. 12.

Recte Theaetetus πετροτόμοις ἀκίσ. Thucydides σιδήρεα λ-

IV. p. 122.

θυρρά appellavit. In Bibliis מַכְרֵט dicitur *malleus*, non
modo capitatus, sed & rostratus, acutus nempe
ad perforandum, etenim כָּרַךְ *perforare* denotat,
Arabice ذقن Graecis Instrumentum lapidariis
proprium, malleus erat acutus σφύρα τῶν λατόμων, ut ait

Sopho-

Sophocles apud Pollucem. Hebraeis vero Doctōribus מַחֲבֵיט מַקְנֵיט *malleus latomorum* : in Bibliis etiam מַחֲבֵיט *malleus* est *acuminatus* ad lapides diffringendos, ut Kimchius opinatur, Plinius vero dixit *malleorum rostra*. Hinc cognomen ACISCVLI in gente Valeria ab malleo rostrato deductum, quo saxa in latomiis caedebantur, ut autumavit Nicolaus Heinſius innixus auctoritati veteris Glossarii, in quo ACISCVLVS *λάνος* redditur; cuius sententiae Spanhemius & Vaillantius calculum suum adjunxerunt. Numum L. Valerii Acisculi cum malleo rostrato heic exprimi curavimus.



Ita in gente Publicia cognomen MALLEOLI cum malleo capitato, & forcipe Vulcani epigraphe AHMNOΣ, quae denotant eos fuisse praefectos fabrum, uti adserit Fulvius Ursinus. Sic & in numo

Y

Claudii

Julian. Caes. p.
96. edit. Amst.
1728.

Claudii Gothici, quem e Musaeo Regis Galliae pri-
mus vulgavit V. C. Ezechiel Spanhemius, Vulca-
nus cum malleo, & forcipe repraesentatur, epigra-
phe REGI ARTIS



Opifex porro prae oculis habuit Vulcani descriptio-
nem apud Homerum

Iliad. XVIII.
476.

γίνω δὲ χρῆ

Παιστήρ περσεῖν, ἐπεὶ δὲ γίνω περὶ γὰρ

*sumpsit autem (Vulcanus) manu malleum gravem,
alteraque sumpsit forcipem. Rex artis idem sonat,*

391.

ac ἀλλοτρίων *inclitus artifex*, ut cum nominat sum-

Diff. IV. 8. in
Epict. p. 218.
edit. Basil. 1554.

mus Poëta, Arrianus vero καλὸν καλῶς *ingeniosum fa-*

brum, eique tribuit πῖλον καὶ πεζόμενον *pileum*, ἔς *cin-*

eticulum: quae in numo etiam visuntur. Antiqui

enim artifices Homerum secuti sunt, uti de Alca-

mene & Phidia clarissimis statuariis ostendit Pausa-

nias

nias & Valerius Maximus. Hujus numi explicatio nitidior simpliciore videtur doctissimi Spanhemii interpretatione, quem fugit locus Homeri: & quae ex Graecis compilavit,

Eliae. p. 400, &
402.
III. 8.

(adeo sunt multa) loquacem

Hor. ferm. L.
Sat. I. 13.

Delassare valent Fabium.

Sed haec obiter, nunc ad reliqua. Cuneis etiam marmora dividebantur. Plinius *cuneis eam* [lapideam terram durissimam] *ferreis adgrediuntur, & iisdem malleis*: & alibi *gleba unius lapidis cuneis dividendum soluta*. Malleum autem ferreum, quo cuneos lapididae in fodinis percutiunt, veteres Hispani *fractarium* appellabant, recentiores *Almadana* dicunt: quae vox originem ab Arabica ducit *مخاض* percussit *vehementi vi*, litera t in d Hispanorum more mutata. Non levis autem labor, ac diligentia in excidendis marmoribus, ut dixit Papinius Statius:

XXXIII. 4.

XXXVI. 5.

Plin. XXXIII.

4

Praecipuus sed enim labor est excindere dextra

Vill. Surrent.
Pollii 123.

Oppositas rupes, & saxa negantia ferro.

Erant autem qui lapides e fodinis extrahebant, Pol-

VII. 118.

XXXV. 15.
in fin.

luci λυθαλκοί, Plinio *exemptores* dicti, eadem notione ac naves in stationem seu portum subducuntur, vel ex portu extrahuntur, fustibus navibus subiectis;

VII. 56.

quos Afri invenere, & aevo Plinii *Pbalangas* dixe-

Hom. Odys. V.
261.

runt, Homerus vero μεχλοῖς

Μεχλοῖσιν δ' ἄρα τήνῃ κατέκυσεν εἰς ὅλα διῶν.

Anthol. I. 56.

Paullus Silentarius *δυσκτέους κυλίνδρους ligneos cylindros.*

Qui hasce Phalangas, vel Palangas, uti apud Nonium, sub navibus statuebat, *νεαλκός* Polluci, & Martiali *Helciarius* καὶ τῷ Ἠλκίῳ dicebatur.

VII. 191.
IV. 64.

Restat, ut nunc differamus, quomodo lapides erutos Antiqui poliebant, & aptabant. Hanc artem Svidas Lysiae sententiam secutus λιθοπερικτῆν dixit ἢ μετρίασιν οἱ καταξάνοντες καὶ κατακυροῦντες τοὺς λίθους ἢ ἀπολεηφέναι τὴν εὐπεριποίησιν ἕκαστον τῶν ἔργων *quam exercent, qui lapides poliunt, & aptant, ut toti operi venustas, & decus concilietur.* Quae fieri nequeunt, nisi prius ad amulsim marmor sit sectum. Quapropter nemo inficiabitur ferram esse perutile, ac necessarium instrumentum pro faciendis *πλάκταις tabulis* marmoreis, in quas marmor in fodinarum ostiis secari deberet, nam lapides

lapides terra contenti molliores sunt, quam qui

eminent ἑρπῆς γὰρ ὅτι καὶ τῶν λίθων τὰ ἔγγιστα καὶ ῥιζοῦται μέρη μα-

λακώτερον τῶν ἐπιπολῆς ἢ ἀλὲα φυλάττει *vides nimirum lapides*

quoque & lignorum partes terra contentas, atque stir-

pes molliores iis conservari a tepiditate soli, quam sint

quae eminent. Quin etiam Antiqui Artifices,

ut facilius marmora tractarent, terrae solebant ab-

scondere, ut molliora fierent: quem Graecorum

morem Plutarchus refert διὸ καὶ καταρύττονται οἱ τεχνίται τοὺς

ἐργασίμους λίθους, ὥσπερ ἀκτεννομένους ὑπὸ τῆς θερμότητος. οἱ δὲ ὑπαιθεῖς,

καὶ γυμνοὶ διὰ ψύπας ἀντίστανται καὶ δυσμετέσθηται καὶ ἀνέργουνοι ἀπαντῶσιν

τοῖς ἔργοις *itaque etiam fabri lapides operi habiles defo-*

diunt sub terram, tanquam maturandos, & coquen-

dos a calore: qui sub dio undique jacent, frigore ri-

gidi, & intractabiles rediguntur, operisque resistunt.

Alii vero sub dio exsiccantur, vel molliores fiunt,

ut Theophrastus narrat φασὶ δὲ καὶ τῶν ἡλιωμένων τὰς μὲν ἀνα-

ξηραίνεσθαι τελείως, ὥς ἀρχαῖους εἶναι μὴ κατὰ βραχέστερον πάλιν καὶ συνικμα-

θένεσθαι. τὰς δὲ καὶ μαλακώτερας καὶ διαθεγνύσας μάλλον *ferunt etiam,*

qui insolantur, alios in totum exsiccari, ut nulli sint usui,

nisi iterum madefacti: alios molliores, & friabiliores

fieri.

Plut. in Symp.
VII. p. 701.

p. 393. edit.
Lugd. Bat.
1593.

- Marmor autem *secandi in crustas*, Cariae fuisse
 XXXVI. 6. *inventum*, Plinius, quamvis haerens, adserit. Ae-
 in Chronogr. gyptiis vero id tribuit Syncellus, ubi de Tosorthro
 p. 44. primo Dynastiae tertiae regum Memphytarum, qui
 τὴν διὰ ξυστῶν λίθων οἰκοδομὴν εὗρετο *secis lapidibus aedificandi*
artem invenit. Serram Talos Dedali nepos ex fo-
 Diod. IV. p. 192. rore reperit εὗρησεν μίαν πρὸς τὴν ταυτοκλίαν τέχνην *ingens fa-*
brili arti adjumentum. Quam ob rem τοὺς δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις
 Poll. X. 149. παλαιῇ στήλῃ ἀναγέγραπται πρὸς τὴν λιθοτομίαν *Atticis columnis in-*
scripta serra lapidifeca. Plinius differit de modo se-
 XXXVI. 6. candi marmora : *Harena*, inquit, *hoc fit, & ferro*
videtur fieri. Verum dura secanda serra in prae-
 tenui linea premente *harenas*, *versandaque tra-*
 ctu ipso *secante*, mollia vero *serra dentata* : in quo
 II. 7. Vitruvii scripta Plinius compilavit. Primam Gale-
 IX. de simpl. nus μαχαιρωτὴν dixit ad formam macherae factam,
 med. fac. quae polit, & levigat melius : alteram ἰδαντὴν, qua in
 incidendo altiora arenularum vestigia relinquuntur.
 Smyris etiam in secandis marmoribus adhibita : He-
 fychius Σμίειν ἄμμεν ἰδοῖς ἢ σμήχοντα παλαιοὶ τῶν λίθων. Smyri
 uti solitos Dactylioglyphos, hoc est qui anulos excul-
 punt,

punt, Galenus memorat. Quod prius adnotaverat Dioscorides. Vt vero in secandis marmoribus ad operis rectitudinem, & aequabilitatem intenderent marmorarii, ad amussim, id est ad lineam miniato fune super marmore extensam, ferram dirigebant: quod eleganter expressit Philippus Poëta Graecus,

Πλείονα πολλῶν σίγματι καθήματα.

Grotius ita vertit:

rubensque

Restis ab extrema tactus amusse latus.

רמז in Bibliis Kimchius קצתו נהי *filum in colore* Hefa.XLIV.12. explicat. Antiquis Rubrica Lemnia usos fuisse & Vitruvius & Galenus tradunt. Praeter amussim moris etiam fuit marmorariis, normam adhibere, ad quam marmora fiunt angulosa: unde Vitruvius praescribit, ut *longitudines ad regulam & lineam: altitudines ad perpendicularum, anguli ad normam respondentes exigantur.* Vectis ferreus, sive μέγαν inter instrumenta marmorariorum refertur a Luciano, in dimovendis, ac levandis lapidibus jam sectis,

ob

V. 166.

VII. 7.
IX. de Simp.
med. fac.

VII. 3.

- ob id **מב** in Bibliis dictus, nam **מב** *movere* significat, a Graecis **μεγλὸς λαθουργεῖς** *vectis lapidarii* in antiquo Glossario, quod edidit Henricus Stephanus: hinc apud Caesarem *saxa quam maxime possunt, vectibus* promovent. **Μεγλευόντας** Herodotus vocat, qui saxa immensae molis vectibus agebant apud Aegyptios sub Amase rege: maximi enim ponderis corpora levi vi promoventur vectibus, cujus rationem explicat Aristoteles in *Mechanicis* **διὰ τὴν κινήσιν μεγάλων βάρη μικροῖσι δυνάμεσι μεγάλῃ**. Saxa ferreo vecte in fodinis etiam frangebantur. Martialis,
- XII. 57.** *Illinc balucis malleator Hispanae
Tritum, nitenti fuste, verberat saxum.*
- XXXIII. 4.** Ante Turnebum & Salmasium legebatur *paludis* pro *balucis*, vitio librariorum. *Ballux* vox Hispanica, ut ait Plinius, minuta scilicet auri ramenta nondum extocta, in Codice Theodosiano *Balluca*.
- de Metall. Inter instrumenta quibus lapides poliuntur, atque aptantur, lima, & scalprum primum obtinent locum ex sententia Sophoclis, quam profert Julius Pollux **ἢ ἔργαλῆα τῶν λατύων ἐνμάζει λίαν ἢ γλαβεῖδας**, in
- VII. 118.** **Περά-**

Περίμν quod dramma intercidit. Caelo vel scalpro Poll. X. 148.

lapides excavantur λαϊνόντις σμίλαις ut dixit Alcaeus : Anth. III. 19.

ob id γλαεῖς per syncopen dicitur a voce integra

γλαφυεῖς, nam Eustathio γλαφυρὸς est κοῖλος, βαθύς, unde

in Homero γλαφυρὰ νῆες, vel τέσσας ὡς γλαφυρῆς. Scalpro

enim lapidem excidimus, exsculpimus, excavamus:

eadem ratione Syris caelum dictum ܠܝܠܐ a voce

Arabica زجر secuit, levi quidem unius literae trans-

positione. Caelum, quia ferreum est instrumen-

tum, ἀπλῆς vocatur σιδηρὸς a Platone epigrammate in

statuam marmoream Veneris, opus Praxitelis, Anth. IV. 12.

Περὶ πύλης ἐν οἴδῳ δὲ μὴ θέμῃ, ἀλλ' ὁ σιδηρὸς

Ἐξείσ' Ἀέρης, οἷον ἤθελε τῷ Παφίῳ.

quod Ausonius rectius expressit, epigr. LVII.

Talem fecerunt ferrea caela Deam.

Lima sculptoribus tam magno est ornamento, ut

Theodorus, qui Labyrinthum fecit Sami, ipse se ex Plin. XXXIV. 8.

aere fudit, dextra limam tenet. Hic est ille Theo-

dorus Samius ὁ πρῶτος διαχίμ σιδηρὸν εὔρε καὶ ἀγάλματα ἀπ' αὐ-

τοῦ πλάσσει qui ἔξ ferrum fundere primus docuit ἔξ ex

eo signa fingere. Era, in qua vixit, petenda vide-

Z

tur

tur a Polycratis Sami tyranni temporibus, cui *σφρηγίς*
 Herod. III. p. 42. *gemma signatoria* erat *ἔργον Θεοδώρου Σαμίου* *opus Theodori Samii*, id est Olympiade LXIII. 4. A. M. 3423 ad
 numerum Eusebianum MCCCCXC. Lima enim
 complanantur, levigantur, ac poliuntur marmora:
 quapropter a Chaldaeis dicta *כּוּפִיט* ab *קפ*. quae
 vox Arabica est *كش* *polivit*. Verum quoniam
 limae proprium, ac peculiare est, deradere, vel
 detrahere: idcirco *كش* eam vocarunt Arabes ab
كش *radendo*. Attamen, cum prominulae par-
 tes in marmore lima perpolito adhuc remaneant,
 pro eis abradendis runcina est inventa, quae Grae-
 cis est *τύκος*. Ad ejus formam, usumque Aristo-
 phanes alludit,

Avib. 1138.

Τούτους δ' ἐπύχιζον αἱ κρέκτες πύλους ῥύγχων.

Arist. hist. A-
 nim. IX. 1. & 2.

gnos (lapides) *rostris*, *quasi caelo*, *Creces aves polie-*
bant. *Κρεξ* avis, quae rostrum habet peracutum,
 & ferratum: ita & *τύκος*, quo lapides levigantur.
 Scholiastes *τύκος ἔργαλειον πρὸς τὸν λίθον παροξύμενον* [Svidas,
 qui saepissime illius scrinia expilat, *παροξύμενον* habet]
καὶ ξέουσι. Hinc *πεπύχιζον* *polire*. Verum Arabica vox

منقار

منقار melius , quam Graeca *τύκος*, rem explicat:
 per eam namque *rostrum avis* , & *rostratum instru-*
mentum ferreum Arabes simul intelligi volunt. Τύκος
 quidem ferreum est instrumentum ad polienda mar-
 mora λιθοξείκον σιδήρεον Hesychio , Latinis vero *runcina*,
 cui proprium est levigare. Arnobius *runcinarum* I. cont. gent.
levigata deplanis , quamvis etiam a Graecis Poëtis
 usurpetur, Leonidas enim vocavit

ρύπανον εὐαγέα.

Postremum vero locum tenet *τέρετρον* vel *ρύπανον* , quo
 lapidarii marmora perforant, quod Callimachus pri-
 mus fertur invenisse Καλλίμαχος λίθους πρῶτος ἐρύπησε Cal- Paus. Attic.
limachus primus lapides terebravit. Insignis fuit sta- p. 63.
 tuarius , ab Atheniensibus καταιχύνος nominatus pro- Vitru. IV. 1.
pter elegantiam , & *subtilitatem artis marmoreae* ,
 vel καυζόταχνος, ut alii habent : qui primus etiam capi-
 tula columnarum in formam calathi vario foliorum
 implexu *apud Corinthios fecit*. De *ρύπανη* Leonidas

ἢ περὶ αὐτοῦ

Τρύπανον.

Et Philippus ,

Τρύπανα θ' ἐλκεσίχμου τέρηρά τε

aptiora tamen epitheta in versu epigrammatis antiqui, nondum editi, quod adlegat Svidas,

Τρύπανα τ' εὐδύνηται καὶ ἀκύνεται τέρηρες.

Neque in praesens incuriosum videtur inquirere, quo ferro utebantur Veteres pro efformandis instrumentis lapidariis, & quando ferruminationem invenerint. Vt ferrum majus robur acquirat, & acutius reddi possit, Glaucus Samius primus ferruminationem reperit. Svidas Γλαῦκος τις Σάμιος πρῶτος σιδήρου κλίσουσι ἐξεῦρε. Herodotus non Samium, sed Chium

I. p. 26.

fuisse, ac sub Halyatte Lydorum Rege vixisse affirmat. Eusebius cum vixisse asserit an. IV. Olymp. XXV. A.M. 3273. qui respondet numero Eusebiano MCCCXL. Modum temperandi ferrum idem Svidas literis conservavit οἱ μαλακὰν εἶναι βουλόμενοι τὸν σίδηρον, εἰλαίρ βάπτουσιν. οἱ δὲ σκληρὸν εἶναι qui ferrum molle esse volunt, id in oleum tingunt: qui vero durum, in aquam. Quae ex Scholiaste Sophoclis ad Ajacem excerpfit, ut Portus, & Kusterus observarunt. Ezechiel, qui Glauco uno,

uno , & octogesimo anno fuit posterior , chaly-
bem vocat כחול ברזל Kimchius explicat כחול ברזל XXVII. 19.

nitidum & *perpolitum* ferrum , nomineque Hispani-
co designat אצרה *azera* , a voce Arabica , ut opi-
nor , ازر *roboravit* , *firmavit* , nam chalybs ferrum
est firmum , robustum , atque ob id a Graecis quo-
que σίμμιμα dictum. Ferrum Laconicum a Daima-

cho , qui Alexandrum secutus in expeditionibus de
rebus Indicis scripsit , celebratum pro ferramentis la-
pidariis formandis : Lydium vero ad limas , & ad
scalpella tantummodo adhibitum. Fragmentum
Daimachi Plataeensis ex Commentariis Poliorceti-
cis , qui interciderunt , servavit Scholiaſtes Sopho-
clis ad Ajacem , a quo Stephanus Byzantius illud ac-

Athen. de ma-
chin. p. 2.
Athen. Δαιμ.
IX. p. 394.

cepit συμμάτων γάρ τὸ μὲν Χαλυβδικόν , τὸ δὲ Σινωπικόν , τὸ δὲ Λύ- in Λακεδ.

διον , τὸ δὲ Λακωνικόν καὶ ὅτι Σινωπικόν , καὶ Χαλυβδικόν εἰς τὰ τεχνουργικά , τὸ
δὲ Λακωνικόν εἰς ῥίνας , καὶ σιδηροτύπανα καὶ χαρπαντήρας , καὶ εἰς τὰ λιθορυ-
γικά . τὸ δὲ Λύδιον , καὶ αὐτὸ εἰς ῥίνας καὶ μαχαίρας , καὶ ξύλα καὶ ξυστήρας ,
ὡς φησι Δαίμαχος ἐν πολιορκητικαῖς ὑπομνήμασι λβ. *Chalybis enim*

genus aliud Chalybdicum , aliud Synopicum , aliud Ly-
dium , aliud Laconicum. Synopicum , & Chalybdi-

cum ad fabrilia adhibetur : Laconicum ad limas , & terebella , & characteres , & ferramenta lapidaria : Lydium autem & ipsum ad limas , & gladios , & novaculas , & scalpella , ut perhibet Daimachus in Commentariis Poliorceticis lib. XXXV. Salmasius in ora sui libri ad vocem χαεακτῆρες haec adnotavit , χαεακτῆρες heic vocat , quae Latini caela vocamus : atqui potius κολαπῆρες caela reponendum in Stephano , cum χαεακτῆρες nuspiam in tali significatione reperitur , κολαπῆρες autem in Luciano. Hisce chalybis generibus adjungendum ducimus σίδηρον Ἰνδικόν ἢ σίμυμα ferrum Indicum & acie temperatum , quod per Arabiam efferebatur in Aegyptum , ut Arrianus narrat. Ἰνδικὸν σίδηρον meminit etiam Clemens Alexandrinus , qui Ethnicorum libros diligenter versaverat. Quo usos fuisse artifices Aegyptios existimo pro excidendis , scalpendisque duris marmoribus , quae in eorum regione nascebantur.

Somn. p. 5.

Per.mar.Eryth.
p. 5. ed. Oxon.

II. Paed. p. 70.

Sed ad marmora deveniamus. Sub Claudio ea pingere mos invaluit. Plinius, coepimus & lapidem pingere. Hoc Claudii principatu inventum : defecerant

rant namque Lapidinae , e quibus marmora maculosa prius eruebantur, quod bene Plinius expressit, *ut montium haec fuerint subsidia deficientium*. Et quidem, ut Ovidius ait,

XXXV. 1.

decrescunt effosso marmore montes.

II. de art. am.
125.

Huc etiam spectat illud Petronii Arbitri, dum Romanos carpit, quos tam vesana marmorum libido invaserat, ut montes exhaurirent pro educendis faxis ad privatarum aedium, villarumque ornatum:

jam montibus haustis

Satyr. 120.

*Antra gemunt, & dum varius lapis invenit usus,
Inferni manes coelum sperare jubentur.*

Hinc aevo Plinii *pictura in totum marmoribus pulsa*.

XXXI. 1.

Quod ante Plinium traditum a Petronio, qui sub Claudio floruit, ut opinatur clarissimus Burmannus.

Satyr. 88.

Pingere apud Plinium idem, ac *tingere* libro XXII.

2. ubi ait *herbis tingi lapides, parietes tingi*, qui locus consonat libro XXXVI. 1. in quo *lapides pingere* dixit. Et quidem *pingere* est aliquo colore fucare:

sic Virgilio *picti Agathyrsi, picti Gelones*, id est *caeruleo picti colore*, ut habet Solinus: sic *picta vestis, & pictae*

XV.

pictae volucres eidem summo Poëtae coloribus variatae dicuntur. Graecis etiam *γράφω* *pingere*, aliquando est *tingere*. Jon in Omphale,

ap. Poll. V. 102.

Καὶ τὴν μέλαιναν στίμην ὀμματὶ γράφει.

Vbi de mulieribus, quae nigro Stibii pulvere cilia, superciliaque tingeant: unde *ἐπιγέγραμματα*, qua voce

ap. Clem. Alex. Paedag. II. p. 93.

utitur Aristophanes, *στίμματα ἰφθαλμῶν* Hefychius interpretatur, vel *τὰς ἰφθῦς μελαίνων* Stibio *supercilia denigrare*, ut Pollux locutus est de muliere, quae An-

V. 102.

chusae radice genas *καταγράφει*.

Hinc quoque mos invaluit, ob Lapidinarum defectum, ejusdem Imperatoris aevo, aedificia demoliri, indeque marmora deripere, alioque transferre, ut domini lucrum majus captarent, quam quanti emissent. Hanc turpissimam negotiationem, qua foedebatur species, & decus urbium, municipiorum, villarumque, Claudius vetuit Senatus Consultò, poenis adversus emptorem, venditoremque constitutis. S. C. servavit vetus Inscriptio Neapolitana, quam M. Aurelius Severinus clarissimus medicus ac chirurgus ad Rupertum misit,

ap. Reines. synt. Insc. Antiq. p. 475.

SI

SI QVIS NEGOTIANDI

CAVSA EMISSET QVOD AEDIFICIVM VT DI
RVENDO PLVS ACQVIRERET QVAM
QVANTI EMISSET TVM DVPLAM PECVNIAM
QVAM MERCATVS EAM REM ESSET IN AERA.
INFERRI VTIQVE DE EO NIHILOMINVS AD
SENATVM REFERRETVR CVMQ. AEQVE
NON OPORTERE MALO EXSEMPLO VENDERE
QVAM EMERINT VENDITORES QVOQVE
COERCERENTVR QVI SCIENTES DOLO MALO
INTRA HANC SENATVS VOLVNTATEM VE
NDIDISSENT PLACERE TALES VENDITIONES
INRITAS FIERI

Quod Senatus Consultum restituisse videtur Vespa- Cod. VIII. t. 10.
fianus & Hadrianus, nam ipsorum aetatibus magis Spartian. in
Lapidinae defecerant. Had.

Sub Nerone vero maculas inferere coeperunt,
quae marmoribus non inierant, ope crustarum alterius
marmoris, quas inferebant, ut inquit Plinius: Nero- XXXVI. 1.

ep. 86.

XXXVI. 15.

nis vero (principatu) maculas, quae non essent, in crustis inferendo, unitatem variare, ut oratus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Synnadicus, qualiter illos nasci optarent deliciae. Sub Nerone igitur excogitatum marmorationis genus, qua duo marmora inter se componebantur, hoc est, ut in marmore Numidico crustam aliquam Lacedaemonii, aut alterius marmoris interfererent: de quo Seneca: pauper sibi videtur, ac sordidus, nisi parietes magnis ac pretiosis orbibus refulserint, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint. Sub Alexandro Severo Alexandrinum opus dictum: Alexandrinum opus, marmoris de duobus marmoribus, hoc est Porphyretico, & Lacedaemonio, primus instituit in Palatio exornato hoc genere marmorandi, teste Aelio Lampri-dio: vel quod marmore Alexandrino ad hoc maxime uterentur, vel quod primum in Alexandria fuerit inventum. Cyzicenos vero in marmorum commissuris, quae in suo delubro erant, fila aurea inseruisse Plinius auctor est. Qui vero sub Claudio lapides pinxerunt, imitati, ut reor, Aegyptios, qui,
ut

ut Plinius tradit, gemmas tingere solebant, ubi de
Cyano: *Cyanos adulteratur maxime tinctura. Id in XXXVII. 9.*
gloria regis Aegypti adscribitur, qui primus eam tin-
xit. Vel potius Lydos, aut Cares, quibus Homeri
tempestate in more receptum erat, ebur inficere pur-
pureo colore:

Ὡς δὲ τις τ' ἐλέφαντα γυνή φοίρει μίσην

Iliad. IV. 141.

Μηοῖς, ἢ Κάρει.

Vnde Ovidius:

Maeonis Assirium foemina tinxit ebur.

II. eleg. V. 9.

Quod novitatis causa, vel majoris lucri factum, aut
qualiter illud nasci optarent deliciae. Ebur enim

carius in Graecia venibat, namque οἱ Ἕλληνες οἷς γε πικρὰ

Paus. in Eliac.
p. 405.

Ἰνδοῦν ἤρπον, καὶ ἐκ Αἰθιοπίας ἐλέφαντος οἷς ποίησιν ἀγαλμάτων *Graeci ex*

India & Aethiopia ad signa Deorum faciendâ ebur ad-
vehendum curabant. Sicque tinctum ebur, majore

afficiebatur pretio. Boylaeus refert suo seculo fu- de poros. corp.

isse inventum licorem rubrum, quo candida mar-
mora tinguntur, ut in ipsorum substantiam pene-

tret. Graecis tinctura marmorum fuit ignota, mi-
nio tantum statuis e ligno tingi solitis, unde signum

- Achaic. p. 593. Liberi patris , ut Pausanias memorat , ἐπὶ κινναβάρει
ἐπηρεσμένον *Cinnabari illitum*. Baccho singulari ratio-
ne os Ethnici rubicundum dabant, ut vinoso. Hinc
ap. Athen. II. p. 39. & Anthol. I. 59. in antiquo epigrammate Cratinus Comicus notatus,
quod domum haberet satis coronis , & Hederis ab-
undantem , ac faciem croco illustratam , ut Bacchus.
Attamen verisimilius videtur Veteres illinisse statuas
XXXIII. 7. & minio , ut nitidiores ac splendidiore apparerent ,
XXXV. 12. nam etiam Jovis *faciem minio illini solitam* Plinius
enarrat : adde etiam ejusdem Pausaniae locum in
p. 691. *Arcadicis* , in quo de signo alio Bacchi haec habet
ἐπιλήληται κιννάβαρι δολάμειν *illitum est Cinnabari, ut splen-*
deat : quod ex Hispania ad Graecos devectum , atque
681. εὐείσμεται δὲ ἐπὶ τῶν Ἰβήρων ὁμοῦ τῷ χρυσῷ λέγεται *cum auro erui*
tradunt ex Iberorum metallis. Non negarim tamen
Graecos posteriores marmorum tincturam excogi-
tasse , ut maculosa , quorum Lapidinae defecerant ,
imitarentur. Qua ratione id factum , patet ex Che-
micis voluminibus , quae innumera divulgant :
primo curae erat marmora rarefacere , ut colorem
imbiberent , mox tingeant , postremo medicamen-
tum

tum superinducebant, quo tinctura alligaretur ac fortiter marmori inhaereret. Zosimus

περὶ χημειωτικῆς ἀραιώσεως καὶ βαφῆς καὶ σύψεως δῶται πᾶς ὁ λίθος. ἀραιώσεως μὲν ὥστε παραδίδεται τὸν ἁγία. Βαφῆς δὲ διὰ τὸ ποθύμενον κάλλος καὶ πλῆθος. Στίψης δὲ διὰ τὸν παραμονὴν τῆς μορφῆς.

Nunc de marmorum ferruminatione λιθόκολλα dicta, cujus usus apud Graecos, ut marmora bene arteque inter se conglutinentur: quae ex lapide Pario, & glutine Taurinae pellis fiebat. Dioscorides V. 164.

ἡ δὲ λιθόκολλα μίγμα ἔστι μαρμαίρου, ἢ λίθου Παρίου καὶ ταυροκόλλης.

Alius modus connectendi marmora inter se apud Diodorum, uncis nempe ferreis, & plumbo illiquato, ut in aedificatione Babylonis sub Semiramide, connexis marmoribus jactisque in profundum fluminis Euphratis, ut columnas sustinerent τὸς δὲ σπυριδομένους λίθους τύρμους σιδήρεας διελάμβαντες, καὶ τοὺς τοῦτον ἁρμονίας ἐκπλήρου μόλυβδον ἐπιποιῶσα Lapidēs, ut firmitus inter se connecterent, uncis ferreis distrinxit, & plumbo compages illiquato explevit. Ita & Justinianus Imperator ne templum Sanctae Sophiae, quod ipse excitavit, confligaret, non ligna, non calcem, neque bitu-

men adhibuit ἀλλὰ μόλυβδος ἐς τέλμα χυθεῖς, καὶ μεταξὺ παντα-
χόως χυθήσας, τῶν τε λίθων τῇ ἀρμονίᾳ ἐσσηκνύσας, καὶ συνδέων ἀπλήλως
αὐτοῖς *Sed plumbum, quod lacunis infusum, omnia*
permeat interstitia, illapsumque juncturis lapidum,

I. 1. p. 7. *ipso nectit, ut Procopius scripsit in libro de aedifi-
ciis Justiniani.*

In more positum apud omnes populos, foe-
dera, leges, casus principum, imperatorumque
res gestas, ut aeternitati mandarentur, marmoribus
Phil. XIV. *incolpere. Vnde egregium illud Ciceronis dictum*
incisae literae divinae virtutis testes sempiternae: cui
45. *consonat Tertullianus in Apologetico ad Ethnicos,*
Et titulos inciditis ad aeternitatem. Notas apellavit
Horatius:

Od. IV. 8. 13. *incisa notis marmora publicis.*

Satyr. 58. & 29. *Literas vero lapidarias vel quadratas* Petronius, quae

Anthol. III. 22. *lapidibus inciduntur, Graeci autem γράμματα τετραγώνια ἐν
λίθοις. Sic etiam ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙ-*

Marm. Oxon. p. 56. *ΘΙΝΗΝ, quemadmodum apud Demosthenem ἀνα-
γράφουσι*

γεγραμμαι ἐν σίλῃ λιθίνῃ. Contra vero *eradere titulos* est memoriam abolere : quod Romani saepenumero malis Imperatoribus facere consueverunt. Vnde Senatus Domitiani *eradendos ubique titulos* iussit, vel ubi Maximini *nomen ubique eraserunt*. Sic in plurimis marmoribus nomen Antonii, Sejani, Domitiani, Caracallae, Getae, aliorumque derafum apud Gruterum observamus. Erant qui hanc artem insculpendi lapidum characteres ac eleganter formandi profitebantur, quorum mentio in antiqua Inscriptione.

Svet. 22.

Capit. in. Gord.
9.

AVREL LEONT
QVI VIXIT ANN
XVIII. M. VII. D. V
ARTIS CARACTE.

ap. Spon. p.
220.

Celte, vel scalpro literae marmori incidebantur.

Jobus לְעֵר בָּצֹר יִחְצֹבֵן quae verba XIX. 24.

ita Graece fecerunt ἐν γεγραμμένῃ σκληρῇ καὶ μελύνει, ἢ ἐν

πίπτει

πίστει ἐγγλυφῆναι *in stilo ferreo*, & *plumbeo*, aut *in petris insculpi*. Ex quo intelligitur fieri solitas in

marmore incisuras, easque dein plumbo in formam literarum impleri, ut R. Jarkius Jobi sensum expla-

Frontin. Stra-
tegm. III. 14.

navit: et si in antiquis Scriptoribus *litteras plumbo etiam scriptas* fuisse legatur, vel αἰς ἐλασμίον μολύβδου, ut

p. 314.

inquit Dio Cassius. Neque omittam, quod de He-

Bocot. p. 771.

fiodi ἔργοις tradidit Pausanias, quae inscripta αὐτὸ μολύβδου


in tabulis plumbeis, a Bocotiis, qui circa

Heliconem sedem habuerunt, ejus

aetate adservabantur.

AD
ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
DOMINVM
JOSEPHVM
E PRINCIPIBVS
A TRAVTSON
CANONICVM ECCLESiarVM
QVAESVNT
PASSAVIENSIS,
VRATISLAVIENSIS,
ET SALISBURGENSIS,
ATQVE

**ATQVE
ABBATEM
SANCTI SALVATORIS
DISSERTATIO II.**



N Eminem scio me hodie vi-
vere fortunatiorem, Abbas
ornatissime, ex quo me in Tuam
amicitiam, & consuetudinem recepi-
sti: equidem cum in vestram civita-
tem me contulissem, ab omnibus,
qui Tecum versantur, Te collaudari
sentii, propter quandam sermonum
suavitatem, & facillimos mores, qui-
bus ornaris, ut qui boni sunt, & sa-
pientes, omnes sese applicent ac pro-
prius admoveant, ut Tecum vivant
conjunctissime, & amantissime. No-
bilissimus Pater Tuus *i. manolius*, qui ju-
stitiam

stitiam coluit , & pietatem , gravio-
ribus muneribus , & honoribus am-
plissimis perfunctus , in primis duxit
Te Romam mittere , ut animus Tuus
optimis literis , & bonis moribus
informaretur. Quae deliberatio sa-
pientissima spem ejus & magnam
expectationem superavit : nam Vrbs
illa Sacra , & Aeterna , quae tantum
inter alias caput extulit , quantum
inter humiles myricas solent cupres-
si , cum priscis monumentis , quae
adhuc antiquissimi , potentissimi-
que Imperii Romani magnitudinem ,
& majestatem ostendant ; tum do-
ctissimis Viris , qui in eam con-
fluunt ex toto terrarum orbe , ani-
mum

mum Tuum amplificavit , & ad res arduas altius erexit , atque ita incitavit ad operam dandam literis cum Graecis , tum Latinis , quarum constat Te fuisse perstudiosum , ut nulum tempus postea intermiseris in eis perpoliendis in peregrinatione Tua ad Parisios , & Lugdunum Batavorum , ubi tam uberem librorum suppellectilem Tibi comparasti , ut Bibliotheca Tua inter lectissimas Vindobonenses possit connumerari. In quam Te abdis , tanquam in sacrum Musarum delubrum , ac totum fere diem in legendo consumis , ut omne tempus aetatis Tuae sine molestia possis degere , & possis etiam Ecclesiae,

111111

Bb 3

&

& Reipublicae inservire, ad majores
dignitates, & ad munera graviora
evocatus. Tot annos enim ita vivis,
ut a studiis nullo Te unquam tem-
pore aut commodum, aut otium ab-
straxerit, aut voluntas avocarit a
perlegendis maxime ac diurna no-
cturnaue manu versandis libris anti-
quorum Graecorum philosophia, &
eloquentia praestantium, e quibus,
tanquam ab integris fontibus, doctri-
nae, scientiaeque abs Te purius hau-
riuntur, quam qui rivulos consectan-
tur: praecipue quae memoriae tradi-
derunt sapientissimi Patres Graeci,
vel in praescribendis regulis ad recte
beateque vivendum, vel in refellen-
dis

dis sententiis eorum , qui nimium
philosophiae indulgentes , vel falso
interpretantes sensus , mentemque
sacrorum Bibliorum , ab universa Ec-
clesia secesserunt , & a vera pietate
desciverunt. Quod ut perfacile pos-
sis ad operam perducere , cum Grae-
ca lingua Hebraeam quoque conjun-
gere Tibi placuit. Hoc igitur vitae
instituto ipsa virtus Te trahit suis ille-
cebris ad verum decus , ad quandam
animi dignitatem ceteris nobiliorem ,
ad puram , tranquillamque volupta-
tem : quo nihil est praestantius , ne-
que optabilius. Quod enim majus
decus , ac illustrius ornamentum ho-
mini contingere potest , quam sapien-
tem

tem fieri ? omnes enim ducimur ad cognitionis & scientiae cupiditatem , quae ex libris ac praeceptis Antiquorum , qui ante nos sapientes fuere , vel facile adipiscimur , atque ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem erutas, alieno labore deducimur. Praeterea quae tranquillior sinceriorque voluptas, quam voluptas animi, veri nempe inquisitio, & investigatio ? nobis quidem inhaeret, nobiscum cohabitat, nec ab ulla vi externa divelli potest, aut perturbari. Contra voluptas corporis, cum maxime delectat, exstinguitur, citoque implet & tedio est, inque dolorem definit : unde vere dictum a Socrate, voluptatem,

ptatem , doloremque corporis esse
tanquam conos sibi oppositos , qui
ad invicem se terminant. Sed ut
illuc revertar, unde decessi: tam prae-
clara librorum suppellectile & sane se-
lecta, quam collegisti, civitatem ve-
stram locupletasti, & ornasti supra il-
los, qui tabulas, signa, aurum, vel
argentum caelatum undique conqui-
runt, quibus nec se, vel alios faciunt
meliores, neque sapientiores, vel feli-
ciores. Neque eam congeffisti solum
ad Tui utilitatem, voluptatemque,
sed ad aliorum etiam commoditatem
comparasti: cuius perhumaniter co-
piam facis iis maxime, qui literas

Cc

exco-

excolunt, ut mihi contigit in confecti-
one Opusculi *De Antiquis Mar-*
moribus, & Dissertationum, hujus prae-
fertim, quam Tibi nuncupandam du-
xi, cum esse Tuam totam, & pro-
priam fateor, atque jure postlimi-
nii, ut ad Te redeat, honestum deco-
rumque reputo. Tuis namque acer-
rimis cogitationibus est referta, quas
liberaliter mecum communicasti.
Cum enim Te in Tua Bibliotheca
convenirem (convenio autem saepe-
piissime) sermonibus ultro citroque
habitis in eum incidimus, qui
columnae, & obelisci immensae mo-
lis, & ponderis ab una regione in
aliam

aliam deveherentur, Tibi statim succurrunt, quae animo mandaveras ex lectione Herodoti, & Plinii: ea igitur protulisti, multaque etiam subtiliter, & copiose disputasti, quae etsi mihi fuerint praecognita, attamen, quoniam acutiore ingenio sunt abs Te explicata & plenius & ordinatius disposita, Te sequor:

inque Tuis nunc

Fixa pedum pono pressis vestigia signis,

Non ita certandi cupidus, quam propter honorem,

Quod Te imitari aueo.


Semper sum assensus, & nunc vere
assentior dicto Sophoclis *δύναμις περὶ τὴν*

Cc 2

πέντε

~~quod~~, quod Latine fecit Cicero : *posteriores enim cogitationes (ut ajunt) sapientiores solent esse.* Nunc a Te quaeso, ut hanc dissertationem perlegas, quae, ut spero, grata & jucunda Tibi erit.

DE



DE MARMORVM VECTIONI-
NIBVS AB VNA REGIONE IN ALIAM,
AC DE MACHINIS , QVIBVS ANTIQVI PRO
SVSTOLLENDIS TRAHENDISQVE CO-
LVMNIS , ET OBELISCIS VTE-
BANTVR.



Rabiae in montibus excisa fuisse pergran-
dia saxa ad exstruendas Pyramides , quae
apud Memphin sunt , auctor est Herodotus *de τῇ* II. p. 8.

(ἡ ἐκ τῆς Αἰγυπτίας) αἱ λίθοι μέγας ἔχουσιν, αἱ ἐκ τῆς περὶ τὰς πυραμίδας καὶ τῆς
οὐκ ἐκ Μέρφου. Illud etiam satis constat Cheopen re- p. 124.

gem Aegypti omnibus templis obsecratis interdixisse
Aegyptiis , ne sacrificarent *ἐκ τῶν λίθων μέγαν τῶν ἐκ τῆς*
Αἰγυπτίας ἔχουσιν, ἐκ τῶν λίθων μέγαν τοῦ Νείλου ut ex Lapi-
cidinis Arabici montis saxa excinderent , ἔξ ἀδ Νί-
λου traherent. Diodoro similiter celebratur Pyra-
mis illa , quam Chemmis *ἐκ τῆς Αἰγυπτίας ὑπὸ τοῦ μεγάλου διαστήμα-*

τος ἀπομακρυνῶν ἐκ τῶν Αἰγυπτίων ἀπὸ τοῦ Νείλου L. p. 40.

distantiam ducendam jussit, ut ad Libyam collocaretur in locò, qui a Memphi CXX. stadia distabat, a Nilo vero XLVIII. Quam ob rem, ut Plinius nar-

XXXVI. 12.

edit. Gronov.
tom. VIII. A.G.
p. 2659.

rat, Pyramides omnes factae *ex Arabicis Lapidinis*, vel *Aethiopicis lapidibus*. Quod & Philo Byzan-

tius innuere videtur, ubi de Memphiticis Pyramidibus loquitur *ποικίλαι δὲ καὶ πορφύραι λίθοις φύταις ἀπὸ τῆς ἐπιδαμνηστικῆς* *varius & purpureus in primis color adaggerata saxa commendat.* Pro formandis Pyramidibus saxa

ad Nilum trahebantur, eodem fortasse modo, quo Semiramis in Babyloniam devectum saxum illud e-

Diod. II. p. 71.

montibus Armeniae [*ὅς τις ὀνομάζεται διὰ τὴν σχήματος ὀβελίσκου* *quod obeliscum a figura vocant*] longum pedes LXXXV.

& latum pedes XXV. ac asinorum, boumque jugis *καπὶ γυναικὸς πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἐπιτίθεισας πρὸς τὴν εὐχρίαν* *ad amnem Euphratem deportatum, rati imponendum curavit.* Ve-

rum permagnum opus aetate Ptolemaei Philadelphi Aegypti regis in devehendo Alexandriam obelisco

Plin. XXXVI.
9

οὐξογιντα cubitorum, quem exciderat Nectabis rex pu- *rum.* Nectabis, vel Nectanebus rex Aegypti anno I. Olymp. CIII. A.M. 3582. principatum obtinuit annos

XVIII.

XVIII. ut habet Africanus, vel XII. ut Diodorus, ab Artaxerxe post in Aethiopiam pulsus. Plinius asseverat *majus opus fuisse in devebendo, statuendoque multo, quam in excidendo*. Qui vero huic operi fuerit praefectus a Ptolemaeo Philadelpho, Plinius Antiquorum recenset sententias: nam a *Satyro architecto aliqui devectum rate tradunt*, ac postea in medium profert testimonium Callixeni, de cujus sensu in praefens differemus. *Callixenus a Phoenice fossa perducta*, ut in cunctis ferme invenitur editionibus, Romana 1470. Veneta 1497. & 1648. Basileensi 1535. ac in aliis. In textu tamen Plinii, ac in notis nomen *Callisthenes* loco *Callixenus* reponendum duxit Vir clarissimus Harduinus. Quod cum aptum, ac consentaneum non sit personae ac tempori, in sui sententiam nos trahere non valet: *Callisthenes* enim fuit *Ὀλύνθιος Olynthius*, ac longe ante tempora Ptolemaei Philadelphi, ab Alexandro Magno capite fuit damnatus, proditiōis in eum valde suspectus, sic & emendationem Harduini sponte sua corruere necesse est. Illud etiam pro comperto habetur,

tom. V. edit.
Parisi. 1685.
p. 296.

Plut. in Alex.
p. 696.
Arrian. p. 171.
Curt. VIII. 8.

tur, nusquam Callixenum a Phoenice inveniri apud Scriptores Graecos, sed Καλλιξένος τῷ Ρόδῳ *Callixenum Rhodium*, qui librum scripsit περὶ Ἀλεξανδρείας *de Alexandria*. Neque quisquam sibi unquam persuaserit in Aegypto ullum pagum, locum, aut urbem fuisse, quae Phoenice nuncuparetur, e qua fossa illa fuerit perducta ad Obeliscum jacentem. Quocirca, ut tenebras à Plinio dimoveamus, spes nobis haud exigua superest, sententiam ejus penitus inspicere, ac ope Athenaei in praeclaram lucem adducere.

Plin. XXXVI.

9.

Dicimus ergo Plinium e Callixeno Rhodio, qui libros conscripsit περὶ Ἀλεξανδρείας excerptisse quae de ratione deducendi Obeliscum Alexandriam aetate Ptolemaei recitat: *Callixenus a Phoenice fossa perducta usque ad jacentem obeliscum ex Nilo, navesque duas in latitudinem patulas, pedalibus ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas, ita ut subirent obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripa utrinque: postea eggestis laterculis allevatas naves excepisse pondus statutum. Ex quo colligitur Phoenicem, cui cura demandata fuit obe-*

obeliscum octoginta cubitorum devehendi Alexandriam, fossam e Nilo perduxisse ad obeliscum jacentem, in quam aqua immissa, navibus patulis eum excepisse, quas laterculis ex eodem lapide oneraverat duplo magis, quam esset pondus obelisci, unde naves eo pondere pressae subiere obeliscum pendentem extremitatibus ripae amnis interfluentis, ut illinc eum deducerent. De hoc Phoenice architecto, ac de Callixeno Rhodio, quos iisdem temporibus floruisse videtur, testem habeo gravissimum Athenaeum. Callixenus libros IV. edidit περὶ Ἀλεξανδρείας de *Alexandria*, cujus non pauca fragmenta in librum V. *Δαπνιουργίαν* inserit, opus magnum, quod The-
saurus antiquae eruditionis non immerito dici potest. Callixenus igitur, ubi loquitur de ingenti nave constructa a Ptolemaeo Philopatore, qui Evergeti successit in regnum Aegypti, quendam natione Phoenicem narrat rationem invenisse in mare eam

deducendi ὅστις δὲ τῶν ἀπὸ Φοινίκης εἰς ἐπαύριον τὴν καθολικὴν, πέντε
φρεσὶν ὑποσημαίνουσιν ἴσως τῇ κατὰ μέγεθος, ἣν πολλοὶ τῶν λιμένων ἔχουσιν.
ἐκείνη δὲ πρὸς θεμελίους καθυκαθίσταται λίθῳ σκεπῇ πρὸς πάντα πῆχυν τὸ βά-

Athen. V. p.
204.

θος, καὶ διὰ τούτων φάλαγγας ἐπιμαρσίαις καὶ πλάττει τῆς εἰσόδου διώκει,
 συνεχῶς προσάπτηται οἱς βάθαις τύπον λαμβανούσας, καὶ ποιήσας αἴττειν διὰ
 τῆς θαλάσσης ἐνέπλησται αὐτῆς πάντα τὸν ὀρυχθέντα τύπον. οἱ δὲ ραδίως διὰ
 τῆς τυχόντων ἀνδρῶν εἰσόδου τὴν ναῦν [τὸ ἀνοιχθὴν] κατὰρχας ἐμφρεσθῆαι,
 μετ' ἐξήντησεν πάλιν τὴν θάλασσαν ὀρράναις. τότε δ' ἰσχυρομένῃ ἐδραστήσθη καὶ
 πλοῖον ἀσφαλῶς ἐπὶ τῆς προσημαίνουσας φάλαγγας *Phoenix vero*
quidam postea rationem excogitavit qua deduci posset,
fossa, quae navī longitudine par esset, subjecta, prope
littus excavata. In hac jacta fundamenta e solido la-
pide substruxit ad altitudinem cubitorum quinque: de-
inde per illa, continuas phalangas transversas impulit,
sub quibus ad fundum usque fossae, quatuor cubito-
rum spatium relinqueretur: tum immisso mari, ejus
aqua effossum locum totum implevit, ac in eum fa-
cile quorumlibet hominum labore navem induxit, ob-
turato maris accessu, quem aperuerat. Aquam vero
marinam, quam navis hauserat, instrumentis, et
haustris exantlavit: quod ubi perfecit, tuto super pha-
langas, quas diximus, navis stabilita est. Quod
Callixeni testimonium Plinii mirabiliter verba expla-
nat, nisi velimus ea usurpare pro ipsiusmet Callixeni
 verbis

verbis e Graeco in Latinum sermonem a Plinio versis, quoniam de more suo Auctores Graecos, quos nominatim adlegat, persaepe Latine facit, aut eorum nomina plerumque reticet, ut Dioscoridis, quandoque etiam Aristotelis, Theophrasti, Vitruvii, aliorumque, quibus recensendis longa opus foret oratione. Callixenus Rhodius cum multa de Ptolemaeo Philadelpho locutus sit, ubi ejus pompam Bacchicam, vel naves, vel Bibliothecam ac Musaeum Alexandrinum describit, de obelisco ipsum etiam locutum putamus, ac de ratione eum deducendi Alexandriam, in quam jussit statui Philadelphus: quod postremum, utpote desideratum in Athenaeo, in Plinio tamen servatum. Ex quo, ut existimo, Plinius suo nitori videtur esse restitutus, explanatus ac illustratus in iis, quae Vir clarissimus, ac doctissimus non vidit. Hunc Callixenum Rhodium eximium fuisse architectum reor, cum mechanicam artem deducendi obeliscum diligenter descripserit

de Πίδω ἐν ἰσθμῷ ἀρχιτεκτονίᾳ in Rhodo enim non pauci erant architecti tunc temporis, ut traditum a Philone,

Athen. V. p.
203.

de telor. constr.
p. 51. edit. Paris.

D d 2

qui

Vitr. in praef.
lib. VII.

qui vixit cum *Demetrius Phalereus Athenis rerum potiretur*. Phalereus, qui in Aegyptum aufugerat, ab initio regni Philadelphi mortem obiit, teste Hermippo apud Laërtium.

V. p. 308.

Neque omittenda perhonorifica mentio Satyri architecti, quem *rate* alii scriptores obeliscum devexisse tradiderunt: florebat enim aetate ejusdem Ptolemaei Philadelphi, ac tam celebris, & peritus erat in Architectonice, ut illius diligentiae aedificandam commiserit Philoteram urbem a Sorore sua de-

XVI. p. 769.

nominatam, quam Strabo *Σατύρου κτίσμα* Satyri opus appellavit. Librum composuit *de Mausoleo*, cujus

VII. in praef.

meminit Vitruvius his verbis: *de Mausoleo Satyrus, & Pithaeus ediderunt volumen*. Locus autem Stra-

Tom. I. p. 128.

bonis effugit Clarissimum Harduinum. E qua vero regione Aegypti Ptolemaeus Philadelphus obeliscum Neftabis devexerit, Plinius non exponit: attamen, ut nos conjicere possumus, e Lapidina Syenes Alexandriam fuit deductus, ex qua *excisos sex tales in monte eodem, & artificem donatum talentis L a*

XXXVI. 9.

Neftabe, ut Plinius refert: nisi dicere velimus, e Thebis

bis potius , vel ex Heliopoli : quippe in urbem illam quoque , ut Heliopolin tacitus praeteream , invec̃ti obelisci ab Regibus Aegyptiis , quos cum Cambyfes Persarum Rex partim igne , partim ferro devastarit , mutilarit , ac combusserit ; verisimile viderur Nectabin , ut in locum illorum , qui perierant , alios substitueret , Thebas devexisse obeliscum , quem exciderat , ac bellis primo propeditum , dein regno pulsum , jacentem reliquisse. Qui in Antiquorum libris diligenter versantur , satis comper-
tum habent , Romanos (de Augusto intelligit Strabo) duos obeliscos Romam asportasse e Thebis in honorem Jovis positos , a quo dicta *Δίοσπηλις*. Cae-
jus vero obeliscum unum in Vaticano Circo locavit , ac deinde postea Constantinus , alterum Romam advexit ab Heliopoli , ubi τὸ ἱερὸν τοῦ ἡλίου *templum Solis* , qui una cum reliquis ibi erant illius numine consecrati. Quare in eam sententiam adducimur , ut Imperatores Romani exemplum voluerint imitari aut aemulari Ptolemaei Philadelphi Aegypti Regis , ac Principis *πρὶν ἀείων undecumque optimi* , sa-

Plin. XXXVI.

9.
Strabo XVIII.
p. 805.

Plin. XVI. 40.

Am. Marcel.
XVII. p. 92.
edit. Paris.

Athen. V. p.
196.

Idyl. XIV.

Diod. I. p. 36.

Herod. II. p.
158.

pientia, & magnificentia illustris, cujus laudes carmine celebravit Theocritus Poëta Syracusanus. Verum, ut quae sentio, libere dicam. Satyrus permagnum opus non fecit, quod per Nilum *rate* obeliscum devexerit, etenim pervulgatum jam erat, Semiramin obeliscum immensae molis e montibus Armeniae excisum *rate* per Euphratem in Babyloniam devexisse. Neque Phoenix ob fossam ex Nilo perductam usque ad jacentem obeliscum, difficilem operam navavit. Id enim jam factum sub Sesoistre, qui ex Nilo crebras *fossas* duxerat pro mutuis commerciis, & prolixa omnium commodorum abundantia, ut silentio praetercam, fossam illam eximiam ac admirabilem, quam fecit Necus, Darius produxit, ac Ptolemaeus Lagi filius perfecit usque ad mare rubrum juxta Arsinoën. Vnde Phoenici perdifficile non fuit aquam e Nilo per fossam perducere ad obeliscum. Sed laudandus ob ingeniosum inventum, quo, duabus patulis navibus ad geminatum pondus ex eodem lapide oneratis, obeliscum *pendentem extremitatibus suis in ripa*

ripa elevaverit , atque exceperit. Qua ratione magnis impensis , ac sumtibus pepercit , quos priores Aegyptii reges erogabant in devehendis super vias marmoribus ad construenda templa , vel pyramides : quod non sine longi temporis spatio , ac multorum hominum laboribus perfici non poterat. Quippe , ut tradit Herodotus , X. annorum curriculum

II. p. 124.

consummatum est sub Cleope in struenda via , per quam saxa trahebantur *ἔργον εἰς τὴν ἀπολῆν τῶν ἑλόντων τῆς πυραμίδος* *opus non multo minoris molitionis , quam ipsa pyramis.* Quibus adde CCC. & LX. virum millia ,

ac XX. annorum spatium in effodiendis Lapidinis montis Arabiae , ac in deducendis saxis ad Libyam. Adhuc enim in Arabiae montibus , qui Thebas , & ultra pertenduntur , cuniculi , vestigiaque visuntur , ubi excisae columnae , ac immensae molis saxa inde fuerunt extracta , ut observavit diligentissimus Paulus Lucas in suis ad Aegyptum peregrinationibus.

Tom. II p. 308.
Edit. Paris.
1724.

Huc accedit etiam difficultas elevandi magna saxa , quod primum *διὰ χρημάτων γενέσθαι μὴτε μηχανῶν εὐρημένων κατὰ δύναμιν* *aggerum adminiculo , machinis nondum inventis :*

ventis : postea vero μηχανῶν ἐξ ὧν βραχίον machinis factis
e brevibus lignis. Trochleam vero subsecutis tem-

poribus Archimedes invenit : unde *Trochleas Grae-*
de re rustic. 3. *canicas* dixit Cato , pro attollendis magnis ponderi-
bus. Lucretius

IV. 903.

Multaque per trochleas , & tympana pondere magno
Commovet , atque levi sustollit machina nisu.

carebant insuper Helice , quam reperit etiam Archi-
medes pro pertrahendis oneribus magnis. Athe-

V. p. 207.

naeus πρώτος δ' Ἀρχιμήδης εὗρε σὺν τῇς ἑλίας κατασκευῇ *Helicem*
enim primus invenit Archimedes. Chamulcis impo-

XVII. p. 92.
edit. Paris.

situm obeliscum Constantinianum , ac in Circum
Maximum fuisse tractum Ammianus Marcellinus li-

teris consignavit : *Chamulcis impositus , tractusque*
lenius per Ostiensem portam , piscinamque publicam ,

VII. 191.

Circo illatus est Maximo. Chamulci Graeca vox est

χαμυλαί , de qua ita Julius Pollux αἱ δὲ παλαιώτα χαμυλ-
αί , μηχαναὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων quae vero humi tractae dicun-

tur , machinae sunt , quibus trahuntur. Genus id
erat carpenti humilis , ex sententia clar. V. Henrici

Valesii. Sed male opinatus est , nam carpentum

rotis

rotis vehabatur : Chamulci autem instrumentum , quo humi aliquid trahebatur , uti ex voce ipsa deducitur : unde Latine *trabea* dicta in Glossario Antiquo , *χαμῦλον trabea* , de qua Virgilius :

Tribulaque , Traeaeque , & iniquo pondere rastro. Georg. I. 164.
Vbi Servius : *traeae vehicula sunt sine rotis , quas vulgo trabas dicunt.* Hinc *traharius* apud Sidonium , qui trahis farcinas , & impedimenta vehit. Huc pertinet illud Tibulli , cum notat marmoris peregrini luxuriam , qua insaniebant viri opulenti :

Quid lapis externus curae est ? urbique tumultus Il. eleg. 6. 25.
Portatur validis mille columna jugis ?
Plaustris etiam magnae marmorum moles e Lapicidinis excisae vehi solebant , ut auctor est Juvenalis , qui de marmoribus Lunensibus haec ait :

Nam si procubuit , qui saxa Ligustica portat Sat. III. 257.
Axis , & eversum fudit super agmina montem ,
Quid superest de corporibus ? quis membra , quis ossa
Invenit ?

Sic & Justiniani temporibus plaustris permagnis e montibus Hierosolymae marmora tracta ,

E c

Proc. de Aed.
Justin. V. 6. p.
103.

αἷς τήναις ἐπακτῶντο μέθοι ἴσας. ἓνα δὲ λίθον ἐνετίθειτο ἁμάξῃ ἐκά-
 ση. βόες τε ἀεισιδῶς πρὸς βασιλέως ἐξελεγμένοι κατὰ ποσάρεκτα σὺν τῇ
 ἁμάξῃ τὸν λίθον ἐφοῖλλον *plaustris*, quae saxis aequalia ma-
 gnitudine fabricaverant, singulis singula imponebant.
 Tum boves, ex optimis, qui Imperatoris jussu delecti
 fuerant, quadraginta cum plaustro saxa trahebant.

p. 92.

Ammianus Marcellinus rationem indicat, qua
 obeliscus Constantinianus in Circo Maximo fuit sub-
 latus: *sola posthaec restabat erectio, quae vix, aut*
ne vix quidem sperabatur posse compleri: erectisque
usque periculum altis trabibus, ut machinarum cerne-
res nemus, innectuntur vasti funes, & longi, ad spe-
ciem multiplicium liciorum, coelum densitate nimia sub-
texentes: quibus colligatus mons, ipse effigiatus scripti-
libus elementis, paulatimque id per arduum inane
protentus diu pensilis, hominum millibus multis, tam-
quam molendinarias rotantibus metas, cauea locatur
in media. Marcellini mentem summatim ita expla-
 nare duximus: trabibus perpendicularibus, & pa-
 rallelis, aliis superimpositis, iisque trochleis quam-
 plurimis alligatis, & per earum orbiculos circum-
 volutis

volutis longis rudentibus , una extremitate obeliscum colligantibus ; altera vero circum Ergatae tympanum obvolutis , obeliscus fuit erectus , Ergatas pluribus vectuariis versantibus. Ergata est idem ac *ἔργανον* *machina operatoria* , ab Italis *arganum* , ab Aristotele vero dicta *ζυγός*. Erectum habet axem , circum quem volvitur funis ductorius , ac per orbiculos Trochlearum circumvolutus , qui quanto plures adhibentur , pondus quasi in partem concisum distributumque commodius trahitur : transversa ligna , & oblonga habet in extremitate , quae , cum sint tanquam vectes , facilius versantur. De his machinis consule Pappum Alexandrinum , vel Guidi Vbaldi Marchionis Montis librum *mechanicorum* , quo nihil pulchrius , nil accuratius , nil doctius : nam sermonem de his longius producere instituti nostri ratio non postulat. Illud etiam animadversione dignum reputo , quod Romae , qui columnas , obeliscos , aliasque immensas moles super vias trahebant , damni infecti fatisdare debebant cloacarum redemptoribus , si ob pondus forte fatiscerent , de suo ut

in Mechan.
quaest. 13.

Vitru. X. 4.

Plin. XXXVI.
2. & 15.

E e 2

illas

illas reficerent , quemadmodum M. Scaurus fecit , cum columnas CCCLX marmoris Lucullei e theatro in Palatium , ad suæ domus , & atrii ornamenta vellet extrahere. Neque reticenda ingeniosa machinae inventio Ctesiphontis Gnosii præclari Architecti , quam postea perfecit filius ejus Metagenes , pro deportandis e Lapidinis Ephesiis ad Dianæ templum usque columnarum scapis , qui *propter magnitudinem onerum, & viarum campestrem mollitudinem* difficilis erant devectionis , quod videtis apud Vitruvium. Aliae machinae fortasse nobis paterent pro tollendis , vel trahendis oneribus , quarum catalogus apud Vitruvium haud permagnus est , si publica luce ac Latio donaretur Anthemii Tralliani Codex *αὐτὸν ἀντιφώνητον μηχανημάτων de machinis admirabilibus* , quem in ornatissima & amplissima Bibliotheca Cæsarea servari testatur Petrus Lambecius , cujus locum nunc tenet V. Clar. Pius Nicolaus Garellius summa humanitate & studio præstans in promovendis artibus ingenuis ac scientiis Graecanicis , ut remoretur non sit his , qui otio abundant , & Anthemium

X. 6.

mium Latine reddere vellent, benigne, ac liberaliter Codicis copiam facere, ad architecturam magis illustrandam, & lucupletandam. Vixit Anthemius sub Justiniano, *παυλομήχανος* Paulo Silentario dictus, Procopio *μηχανιστής*, & Tzetzi *παιδαγωγός*. Architectis, qui permagni habiti ab Imperatoribus, premia collata, si novi aliquid molirentur: unde Vespasianus *mechanico grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, premium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, praefatus, sineret se plebeculam pascere.* Ob id mechanicos Geometras, & architectos immunitatibus gaudere, ac docendos alios suscipere, Imperatores Augusti sanciverunt. Sed de his satis, nunc ad reliqua pergamus.

part. II. 235.
II. de aed. Just.
3.
Chil. II.

Suet. 18.

Cod. X. tit. 64.

Per mare etiam moris fuit ratibus onera deducere. Rates *Festo vocantur tigna inter se colligata, quae per aquam aguntur*: Sic & Hesychio *οχιδια ξύλα ὁ σκωδιον, ἢ ἕτερον πλίουον*. Phoenices primos hasce invenisse constat testimonio Sacrorum Bibliorum: etenim ratibus per mare ex Joppe in Hierosolymam li-

gna cedrina jussu Hiramī Tyrīorum regis, in Libano caesa, pro aedificando templo Summi Dei, ducta fuisse omnibus exploratum est. Rates in Bibliis dictae דברות vel רפסדות prima vox derivationem habet ab דבר *ducendo*, vel *deducendo*, significatione, in qua est apud Chaldaeos: Rates quippe ab una regione in aliam fluvio, vel mari ducuntur pro oneribus ferendis: ita ligna Cedrina de Libano ad mare deposita, ratibus componebantur *εὐ θαλάσσης*, usque ad locum deducenda, a Salomone praescriptum,

I. Reg. V. 9.

ut ex verbis Hiramī Regis Tyrīorum ואני אשימם *et ego componam ea* [ligna Cedrina] *in ratibus in mari, usque ad*

II. Par. II. 14.

locum, quem significaveris mihi. Et alibi ונביאם לך *applicabimus ea ratibus per mare in Joppe.* Ad aliam vocem explicandam nunc adgrediamur. Grotius רפסדות a Graeca voce *ραψάνου* deducit, *translata a contextura carminum*, inquam sententiam ivit Edmundus Castellus linguarum Orientalium callentissimus. Attamen derivanda po-

III. 10.

tius videtur a voce רפד *stravit*: hinc in Canticis

רפידה

ἡπὶ τῷ *stratum*. Rates enim aquis sunt superstratae :
ita Arabes eas vocarunt 𐤓𐤁𐤁𐤁, Syri 𐤓𐤁𐤁𐤁, quod
nempe aquis *supernatent*. 𐤓𐤁𐤁𐤁 enim vel 𐤓𐤁𐤁𐤁 *su-*
pernatate significat. Contra de navibus dicitur,
mare *scindere*, *secare*, *arare*, ut Ovidius, Hora-
tius, & Virgilius dixere. Quod dicendi genus
Graecis etiam familiare fuit. Sic apud Nonnum de
nauta, qui navibus mare penetrat,

Ποσειδάων

II. de Art. am.
671.
I. Carm. I. 14.
II. Aen. 780.

Ὁ λῆσσι μεμνηῖσι θαλάσσια νῆπι χαλκῶσαν.

Dionys. XXVI.
21.

Et in Anthologia de aqua maris, quae navibus est
arabilis ab hominibus

I. 67.

Καὶ γλυκὺ νῆμα θάλασσαν βροτοῖς ἀρδίστημον ἔειπ.

Herodotus item dixit ἰλκὺς τῶν νῆων, vel ἰλκὶν πλείων.

Atqui melius Arabes 𐤓𐤁𐤁𐤁 & 𐤓𐤁𐤁𐤁 *naves*
vocant, quoniam mare fulcant.

Ligna igitur Cedrina, & Abiegna ratibus in Jop-
pe componebantur, ut Hierosolymam transfretari
possent : Joppe erat *Phoenicum* urbs, *antiquior ter-* Plin. V. 13.
rarum inundatione, ut ferunt, insidetque collem prae-
jacente saxo. Neque longo cursu opus erat, nam-
que

XVI. p. 760.

ap. Cod. in orig.
Constantin. p.
65.

Dissert. XL. p.
477. edit. Oxon.

que a navali Joppes Hierosolymam conspici Strabo tradidit *ἐν ἱερὺ τοῦ Ἰερουσαλὴμ*, unde brevi navigatione ligna ratibus subvecta. Illud vero probabile, ac verisimile videtur, ut eodem facili itinere, atque expedita navigatione marmora vicissim ratibus deportarentur Hierosolymam, cum animo, ac ratione contemplor, quod Marcia e Roma ad Constantinopolim usque *μετὰ ἡμετέρας ratibus* Justiniano pervehi curasset Columnas octo Porphyretici marmoris, ut tradidit Plutarchus Imperatori primus a secretis, & ab Epistolis, quamvis Romani Caesares ab initio hanc rationem asportandi ratibus marmora ab Asia, vel Aegypto tentare, ac periclitari unquam ausi non fuerint, ut postea dicemus. Nomine *ῥατίου* Graeci intelligunt, materia e levi ratem extemporaneam *ἐκ λυγρῶν διόλων*, quam firma *tignorum* inter se *compago* committeret, uti explicat praecclarus philosophus Maximus Tyrius, qui sub Commodio floruit. Hinc Arabes *عش*, ratem adpellant, quod sit e lignis *concinata* & compacta ab *عش*, *concinando*. *ἀνὰ τὰ μέγιστα*, *χαλκίῳ ἀσφαλτίζον*, *ἐν ἡλίου ἀγλῆτι καυταντηρόν* sed, ut ait

ait Apollodorus, *in plurimis quidem locis funibus fir-
metur, & clavis raris defixis.*

in Poliorcer. p.
41. edit. Paris.

Verum in ea sum sententia, ut Arabes usum-
rarium in Syriam importasse dicam: Phœnices enim
Arabum fuit Colonia. Herodotus

VII. 89.

*οἱ αὐτοὶ λέγουσι, ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, δοθεῖναι δὲ ὑπερβότας τῆς
Συρίας οἰκίσαι τὸ περὶ θάλασσαν Phœnices, ut ipsi memorant,*

*quondam mare rubrum accolebant: illinc transgressi,
maritima Syriae habitant.* Hinc, ut memorat Aga-

XVI. p. 779.

tharchides apud Strabonem, a Persa quodam nomi-
ne Erythra mari Erythraeo, vel rubro nomen im-
positum, qui *σχιδίαν περὶ μέγαντο, constructa rate in insu-*
lam quandam maris rubri transfretavit. Huc acce-

dit, quod Arabes a vetustissimis temporibus in more

p. 769.

habuerint, merces ratibus conveyere, ut ab Erato-
sthene traditum est, a promontorio Arabiae. *Δαφνί*
appellato, versus Aethiopiam prope Arsinoën, per
angustias navigationum, quas sex Insulae inter se
relinquunt, ac σχιδίαν τὴν περὶ μέγαντο δαίρει πρὸς ἡμῶν. Quid

Gerrhaeos referam? qui, ut Aristobulus memoriae
tradidit, *τὴν περὶ σχιδίαν εἰς Βαβυλωνίαν ἐμπαιγνύει* *frequen-*

ap. Strab. XVI.
776.

Ff

tius

tius in Babyloniam ratibus mercatum ibant. A Phoenicibus postea ad Graecos rates deductae, quas *σχιδίαι* appellarunt, quod *σχιδίαι* cito parantur, ac permagni usus fuere, pro trajiciendis exercitibus. Sic enim Xerxes super indignantia freta Hellesponti rate exercitum duxit, uti in marmore Oxoniensi habetur:

p. 5.

ΞΕΡΞΗΣ ΤΗΝ ΣΧΕΔΙΑΝ

ΕΞΕΥΞΕΝ ΕΝ ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΩΙ.

Lucian. in Ner.
p. 799.
Polyb. IV. p.
311.

Ac Darius cum contra Scythas proficisceretur, in ea Bosphori parte non amplius, quam *πέντε στάδια* quinque stadiis angusta, ratem fieri iussit in formam pontis, cujus Architectus fuit Mandrocles Samius, ut apparet ex epigrammate in templo Junonis posito, quod Herodoti aevo adhuc perdurabat.

Βόσπρον ἔχθοντον γαφυράσιν ἀνέθηκε

Μανδρουκλῆς Ἡ' ἐξ ἀμφιπόλεως σχιδίης.

Αὐτῇ μὲν εἴφωον παρθῆς, Σάμιοισι δὲ κῦδος

Δαρείου βασιλῆος ἐλλελείας κατὰ γῆν.

Qui

Qui rate piscosum conjunxit Bosphoron, implens

Darii regis vota jubentis opus,

Junoni Mandrocles haec monumenta dicavit,

Esset honos Samiis unde, corona sibi.

Eodem modo ac Semiramis antiquissimis temporibus ponte compacto ex tignis inter se colligatis,

quae *exidius ratem* vocat Diodorus, copias super Indum fluvium traduxit. De ratione, qua pons con-

struendus in fluvio, ut transitus usum praestet, con-

sule Apollodorum ingeniosum architectum, qui

Hadriani jussu fuit interfectus. Siculos item fugien-

tes Opicos trajecisse fretum Siculum in *exidius rati-*

bus antiqua fama fuit apud Thucydidem. Ad Ro-

manos denique defluxit ratium usus, quas usur-

pare consueverunt ad mercaturas, ad transmigra-

tiones, & ad bella. *Ratiariorum* mentio in prisco

marmore apud Sponium in superiore Rhodani parte

reperito.

II. p. 76.

in Poliorc. p. 41.
edit. Paris.
Dio. LXIX.
p. 789.

VI. p. 349.

Cic. in Verr.
V. 2.
Flor. IV. 12.
& III. 8.

Liv. V. 35.

in Misc. Erud.
p. 231.

DEO SILVANO. PRO. SALVTE
RATIARIOR. SVPERIOR. A
MICOR. SVOR BASIM. SANCT
M. ARRIVS. CIVIS HEL
V. S. L. M.

CCCLXXV.3. Nautae Rhodanici, & Ararici dicti Ratiarii isti exerci-
tores in antiquis Inscriptionibus apud Gruterum, quo
habetur NAVTAR. RHODANICOR. & NAVTAR.

Strab. IV. p.
192.

ARARICOR. sub Lugduno enim κατὰ τὸν ποταμὸν τῷ ᾧ

Ἀράξης ποταμῷ καὶ τῷ Ρόδανῳ *Arar in Rhodanum influit.* Ra-

tiarius non est opifex ratis, sed negotiator : quod ex
Pauli lib. V. Epitomarum Alfeni Vari Digestorum col-
ligitur, qui locus effugit Virum clarissimum de anti-
quitatibus cum Graecis, tum Romanis benemeritum :

Dig. XIII. t. 7.

*qui RATIARIO crediderat, cum ad diem pecunia non
solveretur, ratem in flumine sua auctoritate detinuit,
postea flumen crevit, & ratem abstulit : si invito ra-
tiario retinuisset, ejus periculo ratem fuisse respondit :*

sed

sed si debitor sua voluntate concessisset, ut retineret, culpam dumtaxat ei praestandam, non vim majorem. Hinc apud Labeonem *ratium exercitores*, qui Dig. IV. t. 9. ut Nautae, Caupones, & Stabularii, de rebus receptis, ac custodiae ipsorum commissis tenentur ex Labeonis sententia. Harum etiam mentio in Corpore Inscriptionum occurrit. CCCCXCII. 5.

EXERCITORES. RATIVM. VLPIAN.

Marmora tamen vel obelisci ratibus Romam non deportabantur e Graecia vel Aegypto, cum non possent tuto se committere tam longae navigationi, quin a fluctibus ac tempestate maris dissolverentur. Huc accedit longum iter, quod navibus peragendum erat ab iis, qui vellent ex Alexandria solvere in Italiam, nam per Palaestynam, Ciliciam, Pamphyliam praetervehebantur, ut superatis Rhodi, Cretae ac Peloponnesi insulis, Italiam tandem appellerent. Navigationem hanc egregie enarrat Lucianus in Dialogo, cui titulus *πλοίων*. Idemque iter p. 495.

Ff 3

con-

confecisse, qui ex Italia in Aegyptum navigabant, testis Philo in Flaccum. Quae in medium proferre volui, ut errorem e mentibus quorundam evellem, qui ratibus obeliscos Romam fuisse advectos pervicaciter affirmare non erubescunt. Quamob-

Plin. XXXVI.
9.

rem Romanis *ab initio super omnia accessit difficultas mari Romam devehendi obeliscos*, ob magnitudinem, ac pondus: attamen *spectatis admodum navibus* operam perfecerunt. Primus fuit Augustus,

10.

qui Aegyptum Romanae ditioni subegit, uno obelisco statuto *in Circo Magno*, altero *in Campo Martio*: *navemque*, ut a Plinio relatum est, MIRA-

9.

CVLI GRATIA Puteolis *navalibus perpetuis dicaverat, sed incendio consumpta est*. Mirabilior tamen navis, qua Cajus Caesar obeliscum importavit Ostiam, supra quam dein Claudius in portu demersam, posuit obeliscum, ut Pharum Alexandrinum a Ptolemaeo Philadelpho ope Sostrati Cnidii erectum imitaretur, ad commonstrandum cursum navibus, quae illuc appellerent: *Divus Claudius aliquot per*

annos

*annos asservatam (navem) qua Cajus Caesar importa-
verat [obeliscum] omnibus, quae unquam in mari vi-
sae sunt, mirabiliorem, turribus Puteolano ex pul-
vere exaedificatis, perductam Ostiam, portus gratia
merfit. Navem Plinius summa cum diligentia de-* XVI. 40.

*scripsit, quam Svetonio tantummodo commemora-
re placuit. Admirandae sane magnitudinis etiam fuisse
navem, qua Constantinus ex Alexandria Romam
devexit obeliscum, Ammianus Marcellinus, hisce
verbis testatur: Navis amplitudinis antehac inusita- p. 92.
tae aedificata est, sub trecentis remigibus agitanda.*

*Pro devehendis vero marmoribus, vel columnis,
Romani usi sunt navibus, quas onerarias nominat Dig. XIV. t. I.*

*Vlpianus, ubi decernit, exercitorem, ad quem re-
ditus, obventionesque navis perveniunt, non te-
neri, cum magister navis formam, modumque
propositionis sit egressus: sed etsi, ut certis merci-
bus eam locet, praepositus est, puta legumini, can-
nabi, ille MARMORIBVS, vel alia materia locavit,
dicendum erit non teneri. Lapidariam navem voca-* Satyr. 117.

vit

vit Petronius: *quid vos, inquit, me jumentum putatis esse, aut navem lapidariam?* Naves enim, ut Plinius narrat, pro devehendis marmoribus con-

XXXVI. 1.

structae: *naves marmorum causa fiunt, ac per fluctus, saevissimam rerum naturae partem, huc il- luc portantur juga montium.* Magnis igitur navibus

obelisci vel permagnae columnae ex Alexandria de- vehabantur, unde apud Lucianum, qui sub Aure- lio vixit, Lycinus monet Adimantum, ut ex Ae- gypto sibi adveheret plurima mercium genera, quae ab ea Provincia proveniebant, ac si navis tantae sit

in Navig. p.
498.

magnitudinis, *ὅτι Πυραμίδας πλεονεξία unam ex Pyramidibus* advehat. Quod etsi non serio, sed joco dixerit

de Pyramide, quae talis nunquam super navibus imponi poterat; significare tamen voluit ex Aegy- pto pergrandia saxa devehendi solita *spectatis admodum navibus*, ut Plinius inquit. Synnadicae columnae

θαυμάσιαι κατὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν κάλλος magnitudine atque pul- chritudine mirabiles navibus Romam adsportabantur

Strab.X.p.577. non sine magnis sumtibus *ἀπὸ καίτοις ποταμῶν εὐσθῆς τῆς ἐπὶ θά- λατταν*

λατταν

λαβὼν ἀγυγῆς τῶν πληρούτων φορτίων. Marmora autem Lu-

nensia facile navibus Romam convehantur, quod

fodinae mari e propinquo imminerent, atque e mari

Tiberis exceperet. Strabo τῶν μετὰ τὸν ὑπερμενέου τῆς V. p. 222.

θαλάσσης πλησίον, ἐν δὲ θαλάσῃ διαδεχόμενοι τοῦ Τίβερος τῇ πορεύῃ.

Aristides ἰακάδας appellat naves, quae ex Aegypto Ita- Orat. Aegypt. p. 362.

liam pergebant αἱ Ὀλκάδες αἱ αἰς Ἰταλίαν ἀπὸ Αἰγύπτου πλέουσιν.

Naves ἰακάδες Plauto sunt *gerariae*, Caesari *veſtoria*

graviaque navigia: rotunda, ac globosa figura.

Apud Thucydidem τῇ φρεγγύῃ *navi rotunda*, ab Scho- II. p. 162.

liaſte explanatur ἐμπροσθεν, διὰ τὸ πολυμερές μακρότερον ὅτι *one-*

raria nave; *namque militares longae sunt*: diversa

enim πλοῖα τὰ μικρὰ, καὶ τὰ φρεγγύλα. Vnde dictum illud

Stratonici celebratur, qui rogatus a quodam τίνα τῶν ap. Athen. VIII. p. 350.

πλοίων ἀσφαλίσματα εἰς τὰ μικρὰ, ἢ τὰ φρεγγύλα; *quaenam sint*

eutissima navigia, longa, an rotunda? respondit αἱ το-

πειλημμένα *quae in navale, seu portum subducta sunt.*

Ὀλκάδες ἀπὸ τοῦ ἰλκεν *a trahendo*, ut ait Scholiaſtes Ari- in Equit. 171.

in Pac. 26. stophanis, naves namque onerariae, quae globosae
erant figura, rudentibus a longis trahebantur. Ari-
stophanes

ἄρα οἱ τὴν χονία


τὰ μυχία συμπάλλοντες αἰς τὰς ἰλιόδας

Velut rudentum, & funium serilia

Qui crassa torquent ad rates onerarias.

AD
ILLVSTRISS. AC NOBILISS.
FERDINANDVM
E COMITIBVS
AB HARRACH,
CAESARIS A CVBICVLO
HONORARIO,
AC

AC
IN SVPREMO AVSTRIAE CONSESSV
A CONSILIIS
DISSERTATIO III.



FA est , FERDINANDE
Vir Nobilissime, prudentia
ac decorum , quae osten-
dis in magistratibus ac muneribus pu-
blicis gerendis , ut spem omnem , at-
que expectationem , quam homines
de praeclara ingenii Tui indole habe-
bant , non modo superas , sed & Te
ipsum superas. Quid enim nobilius
in procuratione Reipublicae abs Te
fieri potest? quam quicquid agis , ad
utilitatem civium agere : atque intel-
ligere , Te debere decus , & dignita-

G g 3

tem

tem civitatis sustinere , cuius personam geris , servare leges , jura praescribere , quae a Principe Tuae fidei commissa sunt , tenere aequabilitatem in omni vitae tempore , ut idemque semper vultus , eademque frons Tibi sit erga illos , quorum causas judicas . Nam ut sapiens , integerque iudex sis , quid in causarum contentionibus sentias , quid existimes , quid velis , non pronuncias , nisi rem prius norma direxeris , ac ut sedulo rebus publicis consulas , voluptatibus bello indicto , quibus nulla capitalior pestis hominibus a natura data est , Te exerces in labore & animi & corporis : diligenterque curas , ut animi motus a ratione non recedant,

dant , neque in perturbationes incidas , quae sapientiam omnem ex animo evellunt. Hinc evenit , ut tam cito a iudicio , quo de bonis , & capite civium decernitur , evolasti ad illud , in quod res amplissimae Regni Austriae deferuntur. Principis indulgentia ac liberalitate , non Tui ambitione , a qua magnopere abhorres , factum est , ut major haec dignitas Tibi fuerit collata , non sine damno prioris illius iudicii , quod deseruisti , a quo graviora negotia diligentiae ac solertiae Tuae tradi solebant. Tu enim in scientia juris multum operae , laborisque consumsisti in Academia Lugduni Batavorum , ubi virum doctum , istisque rebus instructissimum
audi-

audivisti , cui primas sine controver-
sia concedunt , in scientia praesertim
juris publici , & Germanici , quae &
magna est & late patet. Contra vero
juris Civilis prudentia non ad multos,
sed ad paucos pertinet , & plerum-
que , qui eam exercent , ad causidi-
cos , proclamatores , vel praecones
actionum , cantoresque formularum
delabuntur , cum fastidiant eam , quae
ab intima philosophia , vel ab anti-
quitatis Romanae fontibus deducitur.
Qua in re laudibus efferendus vigilan-
tissimus Pater Tuus , quod tam am-
plas pecunias , abundantissimasque
fortunas in Te erudiendo insumserit ,
ac quicquid doctissimorum virorum
fuerit Romae , Parisiis , vel Lugduni
Bata-

Batavorum , quos in peragationibus
Tuis frequentasti , summis largitioni-
bus , eximiisque liberalitatibus invita-
rit in perpoliando ingenio Tuo , ac
praestantissimorum Fratrum Tuorum
FRIDERICI, & ERNESTI, quo prae-
clarius obire munera publica possitis ,
& majore cum dignitate , Principi ,
cui nati estis , inservire. Qua liberali
educatione ac disciplina in spem facile
adducimur , non Majores Vos , sed
Vos illustraturos Majores , ac supera-
turos. Sunt enim ambo Fratres Tui,
Reipublicae lumina , ita naturae do-
nis habiles , ita ornati , ita ingeniis &
arte valentes , ut maxima rerum mo-
limina ipsis concredita in Belgio Foe-

H h

derato

derato , ac in urbe Romae , quae alacre jussu Principis susceperunt, magna cum laude , honoribus amplissimis decorati ita conficiunt , & expediunt, ut nati videantur ad res publicas tractandas , & ad graviora , & ardua negotia adgredienda, quae aliis committi non possent. Atqui feliciorē sortem Tu es consecutus , nam a Clarissimo Patre Tuo quasi manu ductus sub ipso adolescentiae flore , ad publicarum rerum cognitionem pervenisti, dum pro Rege Regnum Neapolitanum , summa cum populorum felicitate, gubernaret : de quibus Tecum communicabat , ut e pectore Tuo sententiam expromeret , quam saepe proba-


probaret, vel ad posteriores cogitationes Tuas amandaret, vel illi adjungeret, aut ex illa aliquid detraheret, ut Cato fertur filio suo fecisse. Qua laboriosa exercitatione mentem Tuam educebat, atque ad rectius judicandum de negotiis publicis, per singula ducebat, ut animum Tuum confirmaret, atque famae venientis amore incenderet. Quid ego de studiis Philosophiae dicam? ad quae cum occupationibus gravioribus non distineris, animum aliquando soles referre. Quid de antiquitatibus Romanis? quibus juris scientiam conjunxisti. Dicerem de morum gravitate, de honestate,

H h 2

de

de ingenua verecundia, ac de reliquis
virtutibus, quae perpetuo Tibi comi-
tes fuerunt in vitae curriculo, quod
adolescens peregisti, nisi vererer exi-
miam ac mirabilem modestiam Tuam
offendere. Idcirco ut mei in Te sin-
ceri amoris, meaeque perpetuae ob-
servantiae monumentum aliquod,
qua semper sum Te prosecutus, osten-
derem; hanc dissertationem dicam-
dam censui. Tu enim voluntatem
potius spectas, quam verborum ho-
norem, aut muneris magnitudinem.
Vale VIR NOBILISSIME, & com-
muni bono aetatem prosperam
age diuturnus.

DE



DE MARMORVM TABVLARIIS,
VECTIGALIBVS, ET COM-
MISSIS.

Seruis ac libertis Augustorum cura marmo-
rum fuit commissa, ut vectigal Fisco de-
bitum exigent. Primus occurrit Hymenaeus,
qui Lapidinis Carystii praecerat.

HYMENAEVS CAESARIS N
SER. THAMYRIANVS A LAPICIDINIS
CARYSTIIS. FEC. SIBI

ap. Grut.
DXCIII. 8.

Lapidinis etiam Lunensibus praefecti C. Artius Ze-
thus, & T. Flavius Successus liberti.

D. M
C. ARTIO. C. L ZETHO
TABVLARIO
A RAT. MAR. LVNEN

4

Hh 3

In

In altera vero Inscriptione haec habentur.

5.

DIS. MANIBVS

T. FLAVI. FELICIS

T. FLAVIVS

SVCCESSVS. AVG. L

TABVLARIVS

MARMORVM

LVNENSIVM

LIBERTO KARISSIMO.

Successus Titi Augusti erat libertus, uti ejus praenomina ostentant. Marmora plena sunt nominibus libertorum Titi Imperatoris, ut Onesimi, Chrysgoni, Januarii, Saturnini, ac, ut ceteros omittam,

DLXXVI. 3. Polymnesti, nomen Titi praeferentis.

T. FLAVIVS T. L

POLYMNESTVS

MEDIASTINVS.

p. 578.

Quibus addendus M. Vlpus Martialis *a marmoribus*, vel ut de Aulo Terentio habetur apud Reinesium, TABVLAR. AD MARM. id est, rationibus marmorum praefectus. qui eas in tabulas referebat.

DIS.

DIS. MANIB.

DXCIII. 7.

M. VLPIO

MARTIALI

AVG. LIB.

A MARMORIBVS

Sub Trajani seculo marmor positum, nam Martialem Trajani Augusti libertum ex praenominibus fuisse constat. Huc etiam pertinet Inscriptio apud Gruterum.

DXCV. 10.

M. VLPIO AVG. LIB.

THALLO

aliaeque innumerae, & quae cunctis lucem afferre potest, haec, qua Trajani nomen habetur.

M. VLPIO. AVG. LIB

DCLXXVIII.

PHAEDIMO DIVI TRAIANI AVG

L

A POTIONE

Epocham Libertorum invenire difficile est, cum hoc munere sub C. Julio Caesare, vel sub Octavio Augusto, atque deinde sub subsequentibus Imperatoribus usque ad Arcadium, & Honorium Servi & Liberti semper sint perfuncti, raroque expressum sub

sub quo Caesare vixerint, exceptis aliquibus Inscriptionibus, in quibus Imperatorum nomina sunt apposita, quas ad marmorum materiam etiam pertinentes in medium proferre non gravabor.

XXV. 12.

HERMEROS

TI. CLAVDII. CAESARIS. AVG

GERMANICI SER

THEAMIDIANVS. AB MARMORIBVS

MAGISTER

FERONIAE. ARAS. QVINQVE

D. S. D. D

Ecce aliam, quae itidem Eram habet.

XI. 5.

L. O. M. D.

PRO. SALVTE. AVGG. N. N

L. SEPTIMI. SEVERI. PII

PERTINACIS. ET

AVRELI. ANTONINI. PII

FELICIS. AVG. ET

IVLIAE. AVG. ET. S. P. Q. R

SEMNVS, AVGG. N.N. LIB. OPTIO

TABELLARIORVM. STATIONIS

MARMORVM. ARAM POSVIT.

Hinc

Hinc conjicere possumus Sethum libertum sub Imperatoribus Septimio Severo , & Aurelio Antonino Pio , hoc est Caracalla , isthoc officio potitum fuisse ; etenim Caracalla patre Severo superstite Augusti nomen adsumpsit , ut in Codice Justiniano ; in quo *Imp. Severus , & Antoninus* AA. nomenque M. Aurelii Antonini Pii usurpavit ex Inscriptione apud Josephum Scaligerum

III. t. 32. & 33.

in Anim. ad Euf. p. 130.

PRO SALVTE IMP. M. AVR. ANTONINI
PII AVG. ET IVLIAE AVG MATRIS AVG.

παις Ιουλίας dictus a Philostrato. Quod de aliis libertis etiam memoratur in marmoribus , maxime de Eutychide , qui sub tribus Augustis Tabularii munus exercuit :

Vit. Soph. II.

CEBBB

DXCV. II.

ΑΠΕΛΕΥΘ. ΤΑΒΟΥ

ΛΑΡΙΟC

Verum quid sit *ab marmoribus magister* , quidve *optio Tabellariorum stationis marmorum* , operae pretium est nunc explicare. *Magister ab marmoribus* idem ac procurator , vel rationalis marmorum : ab

Ii

Vlpia-

Dig. XIV. t. 1. Vlpiano enim *magister navis dicitur*, cui totius navis cura mandata est. Servi, vel Liberti domus Augustae erant praepositi marmorum, aliorumque metallorum rationibus, unde *Liberti Caesariani* denominati in Codice Justiniano. Galenus, ubi de procuratore metallorum Cypri sermonem habet, ita ejusdem munus describit *τὸ προϊστάμεν τῶν Μετάλλων ἐπιτρόπος*

I. de Antid. 2. *Kaisares qui Caesaris nomine metallorum fodinis praeerat.* Cod. XI, t. 6. *Hinc procuratores metallorum in Constitutionibus Imperatorum. Sic ut*

CCCCXXVI. PROMAGISTRO XX. HEREDITATIVM
5. idem sit ac

DXCI. 1. SVBPROCVRATOR. XX.

qui postremus *Hypaticus fuit Augustorum libertus.* Neque dubitandi locus est Libertos Augustorum titulo *Procuratoris* fuisse insignitos: etenim & procuracionem metallorum, & Aurariarum habuisse ex hisce marmorum Epigraphis compertum est.

MLXIV. 12.

L. O. M
ANDERON
SAC

M. VL-

❧❧❧ 251 ❧❧❧

M. VLPIVS

AVG. LIB

EVTYCHES PROC

METALL. ALBOC

D D

D.

M

DXCIV. 7.

M. VLPIO. AVG. LIB

HERMIAE

PROC. AVRARIARVM

Libertorum nomina, quae heic leguntur, Libertorum Trajani sunt, Eutyichis scilicet, & Hermiae, ut ex praenomine Imperatoris constat: duo enim nomina ab eo, a quo manumissi, ut plurimum accipere Liberti consueverant auctore Artemidoro, Oneir. I. 47. sua vetusta pro cognominibus usurpantes. Hinc in Plinio *Marcus Tullius Laurea*, Ciceronis Libertus, XXXI. 2. vel *Pompejus Laeneus*, Pompeji Libertus, ac in antiquis marmoribus

TI. CLAVDIVS AVG. L

HYMENAEVVS. MEDICVS

A BIBLIOTHECIS

Ii 2

In

In altera superiori inscriptione mentio facta est de Semno liberto, qui dicitur *optio tabellariorum stationis marmorum*, quod idem valet ac *praefectus tabellariis curationis marmorum*. *Optio* invenitur in Jurisconsultorum libris. Hinc Tarrunteno Paterno *optio Fabricae* dicitur, qui Imperatoriae fabricae praest, ut opinatur Turnebus: vel armorum officinis, uti ex Justiniani novella LXXXV. colligere licet. In inscriptionibus autem PRAEPOSITVS FABRICAE, & OPTIO FISCO Cajus Arrius dictus, ita & OPTIO ET EXACTOR AVRI ARGENTI AERIS, operariis est praefectus, ut eos moneat, fegniores castiget, vel exerceat ad opus. Statio vero curatio est rerum Fiscalium, quas Tabularii vel Rationales in Provincia curabant. In Basilicis καὶ λέγουσι ἐκάστη φροντισή, συνήν. Et in marmoribus *Statio hereditatium*, idem ac *Curatio*. Hinc L. Petronius Sabinus

Dig. L. tit. 6.

CCLXXXIII.

⁴CCCLXV. 6.

LXXIV. 1.

VII. t. 4.

CCCCLI. 3.

BIS

PROCVRATOR. AVGG

STATIONIS HEREDITATIVM

In

In alio vero

PLACIDVS CAESARIS ...

EX STATIONE XXXX GALLIARVM

ap. Spon.
CCXVII.

Id est LIB. ut in marmore eroso legendum. Fiscus enim in diversis Provinciis quosdam habuit, qui res ipsius curarent : unde curatio quaelibet appellatur *statio*, non vero locus stationis, vel ipsae mansiones, in quibus officia Fiscalia consistunt, ut existimavit magnus Cujacius, sed ipse curator Fiscalis : ita ut qualibet statio, vel curatio rationem separatam haberet. *Tabellarii*, qui rationes conficiebant, & in tabulas data, acceptaque referebant. Sardonius, *procurator in negotiis*, *villicus in praediis*, *Epist. XI. 13. tabellarius in tributis*. Hinc *tabulae accepti, & expensi* sunt libri rationum apud Ciceronem pro Q. Roscio. Liberti Augustorum non modo exigendis peculiaribus redditibus erant addicti, ut a Lapidinis, a vicesima, a quadragesima hereditatum nuncuparentur, sed & universis alicujus Provinciae, quae Fisco proveniebant, uti ex Inscriptionibus palam est.

DXCI. 5.

FLORVS. AVG. LIB. TABVLAR
FISCI. ALEXANDRINI RELIQVO.

Libertini etiam procurationis Fisci Asiatici munere
functi sunt

DLXXV. 5.

HERMAE
AVG LIB
A CVBICVLO
DOMITIAE AVG
FORTVNATVS F
PROC. FISCI ASIATICI
PATRI PISSIMO ET
INDVLGENTISSIMO.

Hinc manifesta Epocha Hermae liberti , qui vixit
aetate Domitiae vxoris Domitiani , quae cognomi-
ne LONGINA appellata in numis ΔΟΜΙΤΙΑ
ΛΟΓΓΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ vel DOMITIA DOMI-
TIANI in marmoribus , cuius a cubiculo fuit Her-
mas. Liberti enim ad corpus tuendum erant prae-
positi , destinatique , uti praeter Herodianum , qui
Cleandrum Commodi Imperatoris libertum τὴν αὐτοῦ

L. 12.

σώματος φρουρὸν καὶ τὴν αὐτοῦ θαλάμῳ ἐξουσίαν ἐξ corporis custodi-
diam

diam & cubiculi curam obtinuisse memorat : marmora etiam indicant eos sub aliis Augustis hocce munus exercuisse, ut constat de

M. AVRELIO. AVG. LIB. ONESIMO
CVBICVL.

DLXXV. 3.

Et sub Cajo Caesare.

PRIMVS
C. CAESARIS
GERMANICI. F
CVBICVLARIVS

9.

Hoc munus Libertis in primis concessum a C. Julio Caesare, dein ab Augusto, qui Libertos in Aegyptum misit, ut redditus publicos administrarent, ob id *οικονόμους* dictos a Strabone, quibus *μείζονα καὶ ἑλαττονα* XVII. p. 797.

παρατεταμένα πράγματα *majora ac minora negotia commissa.*

Principis enim privatum patrimonium Liberti Augustales in Provinciis curabant, ut apud Dionem Cassium videre est, cum de Augusto loquitur, qui Provincias inter se, & Populum Romanum partitus est. Sub Constantino autem marmorum cura non

LIII. p. 506.

Liber-

Libertis, sed ingenuis demandata est, quam *Maximo rationali Africae* commisit: postea vero generali lege ab Arcadio, & Honorio exclusis servis a tabulariorum officio, & loco ipsorum constitutis liberis, hoc munus ad magistratus Palatinos transiit, scilicet ad Praefectum Praetorio, ad Comitem sacrarum largitionum, ad Comitem rerum privatarum, ad Comitem Orientis: denique proprium magistratum, qui *Comes metallorum* dictus, Valentinianus, & Valens Imperatores Augusti ordinarunt: sicque brevi temporis curriculo variam mutationem suscepit.

Vectigalia marmorum Fiscus exigebat. Vlpianus *Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal Fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum: item salinarum, & metallorum.* Etenim metalla, Caesaris sunt, ob id ab Vlpiano *metalla Caesariana*, & a Paulo *metallum Principis* dicta. Cumque Lapidinae ab Jurisconsultis *metalla* sint appellata; marmora inter res vectigales merito

Dig. XXVII.
l. 9.

merito recensentur. Ita etiam Graeci inter reditus publicos numerarunt

Μέταλλ' ἀγορεύς, λιμένας, μισθὸς καὶ δημοσιότητα.

Aristoph. in Vesp. 657.

Metalla, fora, portus, merces, & pecuniam ex rerum sub hasta venditarum auctione. Sed quale fue-

rit vectigal marmorum, Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius ita instituerunt: facultate data a Principe excidendi marmora in privatis

Lapidinis, *decima pars Fisci utilitatibus, decima ei, cui locus est, deputetur: quicquid vero reliquum fuerit, id exercentibus cedat.* Athenis autem qui ^{καυσι-}

Cod. Th. de metal.

^{συμίας} vellent adgredi, illis, qui a Populo metallis praefecti erant, id indicare tenebantur ^{τοῦ παλίου ἔνεκα τῇ δῆμῳ}

Svid.in ἀγρεύσει.

^{εἰς τὸν ποταμὸν τοῦ καινοῦ μέταλλου} *ut Populo vicesimam quartam novi metalli partem penderent.* Verum quia

pretia marmorum nonnunquam erant multum peraucta, facultatem Imperatores concesserunt omnibus ea caedendi, *ut etiam complures saxorum niten-*

K k

tium

Cod. Th. de
metal.

tium venae in lucem usumque pervenirent ex lege Juliani. Alias interdictum in privatis Lapidinis saxa secare, *ut Fiscalibus instantia locis liberior relaxetur*, quemadmodum indixerunt Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, & quod mirabilius, reliquis argenti, aurique concessis, marmorum vero

C. Th. de indulgent, debit.

Docimeni, Proconensis, & Troadensis debitoribus reliquorum indulgentiam Imperatores denegabant.

Aliud vectigal legibus Romanis erat praescriptum, portorium scilicet, cum merces venales in portum invehuntur, Graecis *εισπραγματικά τέλη*, vel *παραγμίου* dictum: unde Philippides

ap. Poll. IX. 31.

ἵππον ἐξήγε

Παραγμίου ἢ ἀφ' ἧς εἰσπράττωμαι

quando dein portorium ob ea, quae evexeris, exigam.

XX. t. 4.

Cum igitur *marmorum negotiatores* in Pandectis recenseantur, vel, *qui* (sub Alexandro Severo) *negotiandi causa aedificia demoliri, & marmora detrahere*

Cod. VIII. t. 10.

solebant: marmora praestationi subjacere oportebat,

quo-

quoniam ea, quae negotiationis causa portantur, solitae (praestationi vel) pensitationi subjungamus ex verbis Constantini Imperatoris. Ab initio quanquam Censoriae leges Romae fuerint promulgatae, ut civium animos a nimis expensis revocarent; marmora tamen invehī, & maria hujus rei causa transiri, quae vetaret, lex nulla lata est. Tributum solummodo lex Julia sumtuaria pendi in singulas jussit columnas ad coercendos Romanos ab insanis aedificiorum sumtibus, sed lex illa statim fuit immutata, ut Cicero scribit ad Atticum, de aquaeductu probe fecisti. Columnarium vide ne nullum debeamus, quamquam mihi videor audisse a Camillo commutatam esse legem. In commissum vero cadere marmora solebant, si quis clandestino opere Lapidinas caederet interdicta potestate; quicquid exciderit juri Fisci, & publico vindicandum. Si autem inconsulto Principe alio transfulerit marmora, quae in ornatu civitatis

Plin. XXXVI.
I.

XIII. ep. 6.

Cod. Theod.
de metal.

Cod. VIII. c. 12.

K k 2

sunt,


funt, *sex libris auri* multari lege cautum ab Imperatoribus Arcadio, & Honorio. Athenis vero ὡς ἐν

Suidān ἀγγέλῳ, ἰδίῳ λαθρῶν ἐργαζομένη μέταλλῳ, τὸν μὴ ἀπογεγραμμένον ἐξῆν τῇ βουλῇ γράφεσθαι καὶ ἐλέγχου *si quis igitur clam metalla exercere videretur, cuilibet licebat eum, cujus nomen in tabulas publicas relatum non erat, accusare, & convincere.* Quae accusatio φάσις dicta, φάσις δὲ ἦν, τὸ φαίνεσθαι πρὸς τὰ μέταλλα ἀδικούντας *Delatio erat, deferre eos, qui in metallis peccabant.*

AD
EXCELLENTISSIMUM
DOMINUM
J. BASILIVM
A CASTELVI,
COLOMAM, ALAGON, ET BOR-
GAM, COMITEM A CERVELLON, ET
BVÑOL, MARCHIONEM A VILLA-TORCAS,
BARONEM OROPESSAE, HISPANIAE MAGNA-
TEM,

TEM, CAESARIS A CVBICVLO HONORARIO,
EIVSQUE AB INTERIORIBVS CONSILIIS, AT-
QVE ITIDEM IN SVPREMO ITALIAE
CONSESSV A CONSILES

DISSERTATIO IV.



Vm omne studium, curam-
que converterem ad perpo-
liendam hanc dissertationem , quam
nomini Tuo inscribere putavi, saepe,
VIR EXCELLENTISSIME , Te
confulebam , ut quae cogitarim, Te-
cum communicarem , ac sententiam
Tuam penitus inspicerem : in quo
interpellari pro Tua singulari humani-
tate non gravabar, quoadusque meis
interrogationibus satis superque fece-
ris, atque expleris omnem expecta-
tionem desiderii nostri. Tanta est in
Te copia , magnitudo , varietasque
cogni-

cognitionis , & scientiae , quam laboribus , vigiliis , & exercitationibus assiduis Tibi comparasti , ut pergratum Tibi sit de omnibus rebus , quae ex Te quaeruntur , disputare , cum a Reipublicae pulcherrimis muneribus otium Tibi sumis aliquando , & a coetu hominum , frequentiaque Te subducis , cum literatis viris , qui domi Te conveniunt , sermonem instituendo de artibus ingenuis , & elegantibus. . Hunc vitae cursum ab adolescentia ad hanc usque aetatem tenere Tibi placuit , ex quo Emmanuelem Martinium Virum Clarissimum ad amicitiam Tuam adscripsisti , qui Roma ad Valentiam reversus , thesauros eloquentiae , & eruditionis cum Graecae,
tum

tum Latinae devexerat. Quo cum forensibus negotiis, atque urbano opere defessus, rusticari saepe solebas, ut cura vacuus ac labore aliquam animo remissionem, ludumque concederes, Academicis quaestionibus non intermissis de Veterum philosophia, vel de sapientia Jurisconsultorum. Animum etiam recreabas in numis, & antiquis Inscriptionibus interpretandis, quae magna cum diligentia Martinius in Hispania collegerat. Aliquando Te delectabat poëtas perlegere, vel oratores, aut de Atheniensium politia disputare: aut perlustratis antiquorum monumentorum ruderibus, differebas de Saguntino Theatro, de Sucronis situ, vel aquae Trajanae, aut de loco, quo Cn. Pom-

L1

pejus

pejus Herennium , atque Perpernam
magnos Sertorii duces bello profliga-
vit. Quas exercitationes celebrare ,
ac recolere nunquam destitisti , cum
Caesaris partes secutus Te objecisti gra-
vibus communium temporum casi-
bus , vel angustiis , rerumque omni-
um perturbationibus , quae in totam
Hispaniam redundarunt , ut nullus lo-
cus quietis , & tranquillitatis plenissi-
mus optimis literis fore videretur. Tu
autem inter bellorum certamina , at-
que discrimina ad quoddam ingenii , &
exercitationis genus probatissimum
Te conferebas , ut Hispanice faceres
C. Julii Caesaris Commentarios , qui
in Tuis itineribus largum , & liberale
viaticum Tibi fuere , ut Homeri Ilias
fuit

fuit Alexandro. Hisce exercitationibus literariis ita animum Tuum excoluisti, ut *σοφιστής* possis appellari: ex quibus uberem utilitatem, ac praestantiam maximam es consecutus, ut ostendunt dissertationes Tuae doctae quidem ac disertae super Caesaris Commentariis, quibus innumera, & singularia aperuisti ab aliis non explicata (quod omnibus erit perspectum, si typis illas committere volueris) vel monumenta pro vindicandis juribus Augustissimi Principis, quae ab omnibus & laudantur & probantur, ac prae ceteris a Cl. Viro Carolo Pertusato nobilissimo Patritio, ac Praefecto Praetorio Mediolanensi [scis praestantissimi Viri ingenium ac doctrinam]

Ll 2 propter

propter acutas sententias , aut orationem omni rerum genere cumulatam, vel ob res ipsas, quae nec ornatius explicari, nec gravius exprimi possunt. Verum cogitanti mihi saepenumero, qua ratione fieri potuit, ut cum in scientiis, tum in optimo genere dicendi tantum processeris; nihil aliud occurrat, quam sublimis ingenii Tui bonitas, vita honesta, quam ab adolescentia es ingressus, cupiditas veritatem perquirendi, consuetudo cum literatis viris, assidua exercitatio, jucunditas ac tranquillitas, quam animo percepisti. Quibus accedit Valentiae tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur incolae. Multum namque confert ad hominum ingenia regionis, & coeli indoles

doles ex Hippocratis dicto *ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμῶν, ὡς αὐτὴ ἔχει.* Hinc ab Antiquis Thebani *pingues* dicti, quod crasso sub aëre nati. Neque alia ratione, ut opinor, Valentia ab Augusto e ruinis fuerit extructa, unde in numis dicta COLONIA IVLIA, quam propter soli fertilitatem, quod a Turia flumine irrigatur, atque ob maris aspectum amoenissimum, a quo tertio lapide distat. In qua antiquissima, ac praeclara Civitate, quae domicilium studiorum habitata est, natus Tu, Vir Clarissime, ex vetustissima familia, quae principibus aliis ac nobilissimis Hispaniensibus conjuncta, virtute artium togae, sagi peritia semper eminuit, cujus gloriam avitam Tua sapientia, moderatione, & prudentia auges., pulchrioremque fa-

cis. Has animi Tui dotes ornatissimas
Regiae vocis testimonio celebratas lac-
ti nuper accepimus , cum IMPERA-
TOR SEMPER AVGVSTVS Tibi
Regni Neapolitani gubernaculum com-
misit, ut omnibus pateret, quam cha-
rus sibi esses, & quam aptus ad hono-
res amplissimos sustinendos. Quapro-
pter eum sermonem , quem tecum
habui , literis mandare volui , ut co-
gnoscas, si ea , quae mihi proposui ,
assequi , complectique valui. Quae
Tu acer, & acutus in cogitando facil-
lime poteris judicare , qui legum fon-
tes & capita videris , rationemque te-
nes antiquitatis Romanae , artes inter
se pares, & ejusdem focias dignitatis.
Vive nostri memor, VIR NOBILIS-
SIME, & vale. DE



DE MARMORARIORUM IM-
MVNITATIBVS, SODALICIIS, PA-
TRONIS, DEQVE EORVM PRAESTANTIA,
NOBILITATE, SCHOLIS, ET DIIS
TVTELARIBVS.



Arruntenus Paternus sub Commodo prae-
fectus praetorio libro I. *militarium*, quae
ex Augusti, & Trajani, Hadrianique Constitutio-
nibus excerpsit, recenset artifices, quibus jus immu-
nitatis fuit concessum, recenset & Constantinus Im-
perator Augustus ad Maximum, quos inter *Statua-
rii, Lapidarii, Marmorarii, Quadratarii, Musarii*,
ut reliquos silentio praeteream, qui ad propositum
nostrum nihil pertinent. Statuarii, qui ex marmo-
ribus rerum effigies formant, Graece *ἡγαλματοργοί*,
quos Lucianus in *somnio* *λίθων ἡγούμενος* vocat, rectius
vero Virgilius :

Dio LXXII.
p. 819.

Veget. I. 8.

Dig. L. t. 6.

Cod. X. t. 64.

υἱους

Aen. VI. 849.

vivos ducent de marmore vultus.

quibus peculiare est *καλῶν λίθων οἷς μορφή ποιεῖ*, ut inquit Julius Pollux. Lapidarii, qui lapides caedunt in fodinis *λατόντες λιθοτόμοι, λιθοκόπται*. Fabri operum etiam sunt, ut ex Petronio colligere licet, cum de Habinna loquitur, *Habinnas Servir est, idemque lapidarius, qui videtur monumenta optima facere*. Fabrum

Satyr. 65.

nominavit Mela Jurisconsultus apud Vlpianum, *nam & Mela scripsit, si servus lapidario commodatus sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligavit*. Marmorarii, qui marmora secant, expoliunt *λαυροί, λιθεῖν*. In Inscripti-

Dig. XIII. tit. 6.

tionibus occurrit *marmorarius*, uti FL. PHANEAS MARMORARIVS. Sic & in altera de C. SEMPRONIO FELICI MARMORARIO mentio fit: sed subintelligendus est *faber*, ut habet Seneca *marmorario fabro*. Quadratarii, qui ad amussim, & normam lapides quadrant *καταμετρήσαντες τοὺς λίθους* ad venustatem & decus toti operi conciliandum, vel ut dicam cum Aristophane

MLXXXVL 7.

epist. 90.

DCXL. 6.

Καὶ παλαιοὶ ἐμνήσαντο πλεονέκτου γε

Θ

Et quadrata struent, ut coeant, Et quasi coagmententur. Musarii vel MVSEIARII Graece *μυσεῖται*, qui tessellis marmorum ex variis coloribus, formisque diversis pavimenta, vel parietes incrustant. Hosce Artifices personalium onerum immunitate gaudere lege sancitum est. Quae vero sint Civilia onera personalia dinumerat lib. I. *Epitomes* Hermogenianus, qui Alexandri Severi temporibus vixit. Sapientissimi quippe legumlatores, postquam dispersos homines in unum locum congregarunt, atque ab agresti vita ad humanum, civilemque cultum deduxerunt, descriptis legibus, constitutis judiciis, ut ii otio non contabescerent, primum appulerunt animum, ut Civitates bonis artibus ad vitae commoditatem florerent, quas ut magis perficerent, premiis, privilegiis, immunitatibusque Artifices condecorarunt.

Hinc sapienter dictum ab Aristotele *τεχνίτας μὲν γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι. πᾶσι γὰρ δοῦναι πόλιν τεχνίτην, καὶ διόσται διαζύγεσθαι κατὰ τὰς ἐκαστῆς ἀλλοιᾶς πόλιν. ὅπερ τῆς τέχνης* *Artifices quidem esse necesse est: omnis Civitas Artificibus eget: Et possunt ex artificio suo vitam tolerare.* Idcirco ut civium

ap. Grut.
DLXXXVI. 3.

Dig. L. t. 4.

Polit. II. 8. p.
244. edit. Aur.
Allob.

Mm

com-

commoditati consuleretur , Romani excogitarunt collegia , & corpora Artificum instituere , *in quibus artificii sui causa unusquisque adsumitur , ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent.* Quae tanquam rempublicam , constituerunt. Gajus *Collegiis permissum est ad exemplum reipublicae , habere res communes , arcam communem , & actorem , sive syndicum , per quem tanquam in republica , quod communiter agi , fierique oporteat , agatur , fiat.* Hanc legem a Solone ad Romanos fuisse derivatam idem Gajus auctor est. Collegia isthaec , ut ceterorum artificum alia missa faciam , habuere & Marmorarii : unde Sodalicii , seu Collegii marmorariorum mentio in antiqua Inscriptione

Dig. III. t. 4.

Dig. XLVII.
t. 22.

DCXXIV. 8.

D. M.

O. L. DELPHIDIS
TESSER. LIGNAR
SODALICI
MARMORARIOR

Hinc pariter

CCCCCLXXIII
8.

CORPVS MARMORIORVM

Collegiis item Patronum sibi eligere in more positum,

tum, qui causis adesse, easque defendere cogebatur:
ut patet ex Inscriptionibus de Tito Flavio patrono
Lapidariorum, & de T. Sextio patrono corporis
marmorariorum.

I. O. M. ET FORTVNAE REDVCI
PRO SALVTE ITV ET REDITV
TITI FL. VETERIS PATRONI
OPTIMO ET FIDELISSIMO LAPIDARI
CLIENTES IN EIVS PAGAN. DOMO
CONSISTENTES EX VOTO V. S. L. M.

ap. Spon. p. 233.

Altera Inscriptio extat apud eundem Sponium, in
qua *Opifices Lapidarii*.

D. SALVSTIO AC
CEPTO OPIFICES
LAPIDARII
OB SEPVLTVRAM EIVS.

Apud Gruterum vero alia

CCCCLXXIII
8.

T. SEXTIO. LIBERTINO
SEVIRO. AVG. IDEM Q. Q
ITEM. PATRONO. ET. Q. Q
CORPORIS. T. REIECTVS

Mm 2

MAR-

MARMORIORVM

IIII. TESTI. HELPIDIANVS

PRISCVS. PRISCIANVS

ET. FELIX. FIL. ET. HEREDES

PATRI DVLCISSIMO

MCI. r.

Verum TRAIECTVS legebat Iosephus Scaliger. De Collegiorum patronis frequens fit mentio in collectione Inscriptionum Gruteriana, ac in primis de Ju. Silio Juliano patrono collegii fabrũm & Centonariorum, imperante M. Aurelio Antonino. Quod antiquitatis insigne monumentum exhibet Tabula Regiensis aerea, in qua nonnulla adnotanda, quae ad Patroni electionem spectant, in veterum scriptorum commentariis frustra quaesita: ita fiebat electio. Corporati in proprium Templum conveniebant, quo a Quaestoribus, & Magistris Collegii de eligendo Patrono referebatur, ut eorum causas tutaretur, de cuius honesta vita constaret. Dein decernebatur de eo, quod sibi fieri placeret: patrono postea cooptato, Tabulam aeream in ejus domo cum inscriptione decreti ponendam curabant.

Quae

Quae nobis sufficit indicasse, ut Decretum tantummodo in medium proferamus.

SALVBRI. CONSILIO. TAM. HONESTA RELATIONE A. QVAE
STORIBVS. ET. MAGISTRIS. COLLEGI. NOSTRI. FACTAM. ET
SINGVLI. ET. VNIVERSI. SENTIMVS. ET. IDEO. EXCVSANDAM
POTIVS. HONESTO. VIRO. IVLIANO. HVIVS. TARDAE. COGI
TATIONIS. NOSTRAE. NECESSITAT. PETENDVMQVE. AB. EO
LIBENTER. SVSCIPIAT. COLLEGI. N. PATRONAL. HONO
REM. TABVLAMQVE. AEREAM. CVM. INSCRIPTIONE. HVIVS
DECRE. N. DOMO. EIVS. PONI. CENSVERVNT.

Patroni cum patronalem honorem a Collegio accepissent, causas ejus fideliter ac diligenter tueri curabant : sin vero sacri erant ex lege Romuli PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FAXIT SACER ESTO. Sibi que vetitum ex lege Cincia dona, vel munera accipere : quod Romanis solenne fuit aevo Horatii :

ap. Serv. in VI.
Aen.

Romae dulce diu fuit, & solenne reclusa

II. epist. I. 103.

Mane domo vigilare, clienti promere jura.

Patroni enim infirmos a tyrannide potentiorum vindicantes, suffragia a clientibus pro honoribus ac dignitatibus consequendis obtinebant : & saepissime

M m 3

evenie-

eveniebat, ut Collegiis donationes facerent, vel legata relinquerent: quam facultatem, ut inquit. Paullus, *Senatus temporibus Divi Marci concessit*, arca iis permessa, quae prius ex Imperatorum indulgentia aliquibus tantummodo concessa, ut in prisco marmore apud Gruterum.

Dig. XXXIV.
t. 5.

CCCCXIX. 7. QVIBVS. EX. PERMISSV. DIV. PI
ARCAM. HABERE. PERMISS

Arca heic privatum aerarium, vel censum denotat.

DCLXXII. 1. Sic & in aliis marmoribus legitur ARK. PONTI-
FICVM. Vnde *Arcarius Pontificalis* apud Symma-
chum, *Rufus Pontificalis arcarius prosequitur apud te*

Epist. I. 62.

CCCLXXXVI. 4. *mandata Collegii.* ARCA autem PVBLICA, vel

MXXXIII. 8. ARKA POP. ROM. est aerarium, vel fiscus. Li-
beralitas Patronorum, vel ut praesentes epularen-
tur in die Natali, quemadmodum de Tito Fundilio
VI. Augustali, & Patrono Augustalium in marmo-
ribus memoratur, qui

ARCAE AVGV

CCCCXIV. 2. STALIVM. SE. VIVO. H-S. XX. DEDIT. VT. EX
REDDITV. EIVS. SVMMAE DIE NATALI SVO
IIII. K. FEBR. PRESENTES. VESCERENTVR

Vel

Vel ut acciperent sportulas viritim divisas , uti constat ex voluntate Tit. Claudii Esquil. Severi Patroni Corporis Piscatorum , & Vrinatorum , qui

EIDEM
CORPORI. DONAVERIT. HS. X. MILIA. N. CCCXCI. I.
VT. EX. VSVRIS. EORVM. QVODANNIS
NATALI. SVO. XVII. KAL. FEBR
SPORTVLAE. VIRITIM DIVIDANTVR

Cur autem legibus vacatio a publicis muneribus concessa fuerit Artificibus , ex Constitutione Constantini

Augusti facile deducitur : *Artifices artium brevi sub-* Cod. X. t. 64.
dito comprehensorum per singulas Civitates morantes ,
ab universis muneribus vacare praecipimus : siquidem
ediscendis artibus otium sit accommodandum , quo ma-
gis cupiant & ipsi peritiores fieri & suos filios erudire.

Hanc immunitatis largitionem ab Graecis Romani usurparunt , nam ab iis primum data viris de repu-

blica meritis , ut inquit Dio Chrysostomus ἀπαλὸς καὶ Orat. VII. p.
204.
ἀλατὴρ γὰρ διατελοῦσι , ὥστε εὐεργετῶν τῆς πόλεως ἰμμῦνες , &
ab oneribus publicis degunt , tanquam benefactores ci-
vitatis.

vitatis. Verum e Demosthene hujusce legis notitia potius petenda est, ubi adversus Leptinen disputat, qui neminem immunem esse volebat, cujus sanctionem fregit, ac antiquum Atheniensium morem firmavit. Hinc Vlpianus in Commentariis *ἔθις δὲ ἦν παρ' Ἀθηνάϊοις τοὺς εὐεργέτας τῆς πόλεως λαμβάνουσι ἀπολαύειν* *Atheniensibus mos erat benefactoribus civitatis vacationem a muneribus impartiri.* Quod enim reipublicae majus beneficium, ac major utilitas potest accedere, quam quod per artes experimur, quibus ita vitae necessitatibus prospicimus commodisque consulimus, ut vita hominum sine artibus non posset consistere?

ap. Stob. serm.
58.

Hinc bene dictum a Menandro in Auletride

Βίη δ' ὕπνῃ ἀσφάλει' ἐν ταῖς τέχναις

unum autem vitae praesidium in artibus situm est.

Juvat quidem ad artium incrementum, ne Artifices publicis negotiis se immisceant: unde Aristoteles vitio vertit Atheniensibus, quod sub Democratia Artificibus magistratus concederent *διὸ παρ' ἐνίοις οὐ μετῴχον οἱ διμαιοῖσι τὸ παλαιὸν ἀρχαῖον, ὅτι δῆμον γένεσθαι τὸ ἔχοντι* *quosdam apud quosdam priscis illis temporibus magistratum non erant*

*erant participes opifices, antequam democratia extrema,
& deterrima extitisset. Juvat etiam, quod uni tan-*
tum arti, & non pluribus operam praestent: ab Aegy-
ptiis sapientissimis utrumque lege cautum est Diod. I. p. 47.

τεχνιτῶν μετέχει τῆς πολιτείας, ἢ τέχνης πλείους ἐργάζεσθαι, μεγάλης
τιμωρίας ζημίας *si quis opificum rempublicam capeffit, aut*
plura simul artificia exerceat, gravissimas incurrit poe-
nas: quam legem sibi tribuit Plato, cum prohibet
quemquam duabus rebus simul vacare, ut discat

εἶς μόνον ἀλλὰ μὴ πολλοὺς εἶναι *se unum esse, non autem mul-* VIII. de legib.
p. 847.

tos una homines. Graecis tamen legumlatoribus, ut
artes magis conservarentur, placuit hereditario quasi
jure eas in familiam Artificum deferri: Solon, qui
Atheniensibus leges rogavit, vetuit Plut. in Solon.
p. 90.

μὴ διδάσκειν τέχνην ἐπ' αὐτοῖς μὴ ὥς *ne filius parentem, qui*
ipsum non docuisset artem, cogeretur alere: ita enim
artes ingeniosius excoluntur, ac majora incrementa
in dies fuscipiunt: & quod reipublicae utilius, Ci-
ves ad artificia traducuntur, filiique inventa patrum
magis polientes, aliquid novi semper explorant, ar-
temque perficiunt ac meliorant. Quod acute Lu-

N n

cianus

Amor. p. 898.

cianus expressit *ἵνατοι γὰρ εὐγύν π παρὰ δὲ τῶ μετ' αὐτῶν. αὐτὸ δὲ διὰ τὴν τῶν λαμβανόντων, εἰς ἑμαυτοὺς ἤδη σφισσόμενοι, πὶ δὲ δὲ ἐπ' αὐτοὺς*
unusquisque enim a se aliquid repertum, posteriori tradidit: tum ista accipientium successio, semper aliquid iis, quae antea didicerat, apponendo, quod deerat, explevit. Hinc manifestum Aegyptios non

II. de Leg. p. 656.

aliquid novi excogitare, ut inquit Plato, *ἐν δὲ τῷ αὐτῷ Ζυγιάφῳ, αὐτὸ δὲ αὐτοὺς ὅτι γήματα, καὶ ἵπποι αὐτοὺς ἐπαρτάζοντες, καὶ σκυμνῶν, αὐτὸ ἵππων, αὐτὸ αὐτοὺς ἡ πὶ ποσειδῶν non licet neque pictoribus, neque aliis huiusmodi artificibus, qui aliquid effingunt, novi aliquid in medium proferre, aut alia quaecumque invenire, quam ea, quae quotidiano patriae usu observantur.* Quae fortasse cum cognoverit Se-

Clem. Alex. coh. ad gent. p. 43.

sostris Aegyptiorum rex, postquam innumeras Graecorum gentes subjugasset, reversus in Aegyptum, permultos secum eo deduxit *τεχνίτας* artifices, Bryazin praecipue statuarium praeclarissimum, qui statuas *αἰσῶν δὲ Αἰγυπτίων* ex lapidibus Aegyptiis quamplurimas fecit.

Illud etiam optandum magnopere, ut artes non
 a ru-

a rudibus, sed a doctis, peritisque viris exerceantur, quo magis ad summum perfectionis fastigium ascendant. Compertum enim Graecos sapientes statuarum manus admovisse, ut de Euclide mathematico narratur, & de Bryaze, qui Xenocratem philosophum audivit. His adde Socratem Graecorum omnium Sapientissimum, de quo Aristoxenus scripsit *ἐργάσαντα λίθους* *sculpsisse lapides*, ac opus illius fuisse Gratias, quae erant in Arte Athenarum, vestitas plerique asseruerunt: unde & Timoni in Sillis *λίθου λίθου* *lapidum politor* appellatus. Phidias item statuarius excellens, Geometriae fuit peritus

Ὁ δὲ Φιδίας ἐξήκωτο καὶ τῇ Γεωμετρίας
Ἀρίστως, ἐκείνης τε οὐκ ἀνδραγαθίας.

in Plat. testam.
ap. Diog. Laërt.
pag. 188. edit.
Amst.
Clem. Alex. II.
Strom. p. 500.

ap. Diog. Laërt.
in Socrat. vic.

Joh. Tzetzes
Chil. VIII. hist.
133.

Phidias vero perspectivus existens, & Geometra perfectus, diligentissime statuariam tractabat. Quantum vero necessaria sit Geometria, ac utilis picturae, & statuariae alibi ostendit Johannes Tzetzes: quod perspectivus ante alios prius patefecerat Vitruvius. Efficiuntur enim artes cognitionibus, & comprehensionibus, ac notatio naturae eas magis

Chil. XI. hist.
381.

L. 1.

Vlpian. Digest.
XLVI. tit. 3.

gignit atque excolit , ut inter *artifices* ipsos *longa differentia sit* & ingenii & naturae & doctrinae & institutionis. Perficiuntur autem exercitatione.

Ovidius

Solus, & artifices, qui facit usus, adest.

Hinc bene illo Graecorum proverbio praecipitur:

Aristoph. in
Vesp. 1422.

Ἐρδὲς τίς ἢ ἐκαστος αἰδέει τέχνην.

Quod Latine fecit Cicero

Quam quisque norit artem, in hac se exercent.

Qua de re certas habuere mansiones Artifices, ut nitidius, perfectiusque artem exercerent. Panopolin enim in Aegypto, quae urbs ultra Coptum jacet in Orientali parte, incolebant, quam nominat

XVII. p. 813.

Strabo λιουργῶν καὶ λιθουργῶν καὶ οἰκίσαντων παλαιὰν *linifcarii artificum, & lapides scalpentium habitationem veterem.*

Sic enim explico vocem λιουργῶν Hefychii auctoritate ductus λιθουργῆς, λιθονόμος, λιθογλύφης, quae postrema vox, ut constat, *marmoris sculptorem* designat, hoc est γλύφας τὸν λίθον; uti in Epigrammatis. Ita

λακτίτης *qui lapides caedit ex monte in Alcaci epigrammate, alias vero sculptor est*

IV. 12.

Βάκχιον

Βάχην αἰδομένην ἦσαν λαοί.

3.

λιθοτόμος item *lapicida* in fodinis, verum apud Laërtium *statuarius* denotat, ubi de Euclide λιθοτόμος, quem Olympicus in *Samiaci* statuariae operam dedisse narrat. Sycione, & Corinthus clarissimis Artificibus etiam erant refertae: hinc Plinius de Sycione, *diu fuit officinarum omnium metallorum patria*: ac supra ceteras Graeciae urbes Athenae ἐν ἀγαλματοποιῇ *statuaria* florebant. Qui ergo excellentes fieri in artibus exoptabant, hasce civitates frequentasse dicuntur, quarum numero arcessenda videtur Delus, qua Romani statuariae operam navabant, ut in marmore apud Sponium ΡΩΜΑΙΩΝ ΟΙ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ.

ap. Clem. Alex. cohort. ad gent. p. 13.

Strab. VIII. p. 382. XXXVI. 4.

Menand. de gen. demonstr. L 16.

Misc. p. 121.

Quibus addendum, quod vere addi potest, largitionibus Principum, premiisque artes mirabiliter propagari, augeri ac nobilitari, ut in Graecia contigit, post debellationem Xerxis, per annos L in qua αἱ τέχναι διὰ τὴν εὐπορίαν ἠεὶ ἐθύνοντο *bonae artes propter opum abundantiam magnopere excoltae*: Graecia enim, ut inquit Horatius,

Diod. XII. p. 291.

Nn 3

Mar-

II. epist. 2. 180.

Marmoris, aut eboris, fabros, aut aeris amavit.

quin post Alexandrum Macedonem sub Ptolemaeis Alexandrinis regibus, Artifices tantum dignitatis sunt consecuti, ut multo pluris, quam Philosophi

Athen. l. p. 19.

Poëtae vel Oratores, aestimarentur *οἱ γὰρ βασιλεὺς τῶν τε Ἑλλήνων ἔργων καὶ πλείων μᾶλλον ἐπιτιμῶν, ἢ τῶν κατὰ τεχνικὰ γνηρίων ἐτιμίας* posteriores enim Graeci artes manuales, & plebejas multo pluris aestimarunt, quam partem eruditione rerum intelligentiam. Quam ob rem Theocritus Ptolemaeum Philadelphum laudat, quod claros artifices premiis ac liberalitatibus fovebat:

Idyl. XVII. 81.

Οὐδὲ τις ἄνθρωπος τόσων βγεῖν ἔχον ἔργα δαίμων.

Neque quisquam tam multas urbes hominum artificum habet. Id confirmat etiam Philo, qui Phalerei temporibus vixit, cum de artificibus Alexandrinis lo-

de tel. constr. p. 50.

quitur *διὰ τὴν φιλοδόξον καὶ φιλοτέχνην ἐπιλήφθη βασιλεὺς* eo quod reges (Aegypti) cupidos, & artium fautores nacti essent. Qua ratione artificum Siculorum nobilitatem

orat. IX. in Ver.

praedicat Cicero hisce verbis: *cum Sicilia florebat opibus, & copiis, magna artificia fuisse in ea insula. Vbi vero premiis destituuntur, non amplius refi-*

ciuntur

ciuntur artes, sed opprimi, ac pessumiri necesse est,
ut Menander dixit in Hymnide

ap. Stob. serm.
59.

Οὐ μὲν π. ζητέουσιν εἰ τέχνη καλὴ

Ἀλλ' μὴ λάβον προσηύτη φιλόφρονες

*non admodum bene consenscunt artes, nisi dominum
nanciscuntur avatum.*

Sed major antiquorum Artificum praestantia ac
laus fuit, quod artes ab Diis repertas exercerent,
quarum usum, inventionemque Minervae aliqui, &
Vulcano tribuebant: ope enim illius artes scientia,
solertia ac sagacitate tractantur, cum sine scientia ar-
tes esse non possint: per Vulcanum vero sic absol-
vuntur beneficio ignis, sine quo ferrum perfici non
potest, ut Apaturia festa celebrarint Athenienses Vul-
cano ignis inventori, & Minervae χαλκῆς festum aliud
institutum χειρωνακίᾳ, μάστιγι δὲ χαλκεύου αὐτῶν αὐτῶν
artificibus universis, maxime vero omnium fabris, ut
refert Apollonius Acharnensis. Ob id hisce numi-
nibus sacri Artifices censebantur, ut Plato monuit,
Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς. ἵερὸν τὸ τῶν δημιουργῶν γένος, αἱ τὸν βίον ἡμῶν σφρα-
γισσάμενοι τέχναι *Vulcano, & Minervae sacri sunt Opifi-*
ces,

Phura. de nat.
Deor. p. 181.
edit. Amst.

Harpocrat. p.
227. edit. Lugd.
Bat.
p. 345.

XI. de legib.
p. 920.

Anthol. VI.
c. ult.

ces, qui vitam nobis instruxerunt artibus. Quocirca
Minervae sive Palladi artis fabrilis instrumenta vove-
bant testimonio Poëtarum Philippi, & Leonidae :

Σπάθην ἡντινῇ μολυβαχθία δαειτυπῇ τε
Σφύρον καὶ γυρὸς ἀμφιδέτους ἀείδας,
Καὶ σταθὸν πέλεκυν λεχητόμην ἰσοδερμὴν τε
Πείρα μολτὴν εἶγμῳσι παθόμενον,
Τρύπανά θ' ἐλασιόχους, τέρεσά τε μολτοβελῇ τε,
Σχάινον ὑπ' ἀκρογύχῃ φαλλομένῳ παρῖνι,
Σὺ κέρι γλαυκῶπι Λεόντιχος ἄπισσε δάειν,
Ἄνθος ἐπὶ γῆν πᾶν ἀπιδύσε δαίνον.

Grotius ita Latine fecit :

*Malleus hic lignum feriens, perpendiculumque
Plumbisequum, & fines vineta scobina duos,
Roboraque incussu discindere nata securis,
Et minio factis aemula terra notis,
Et ferrum, quod ligna forat, terebraeque, rubensque
Restis ab extrema tactus amusse latus,
Haec tibi sunt, Pallas, quae dona Leonticus affert,
Deferuit, quoniam tempore membra vigor.*

In epigrammate Leonidae instrumenta artis fabrilis,
Minervae etiam sunt oblata :

Θη

Θῆες ἰ δαυδαλόχου τῆ Παλλάδι πῆχυν ἀναμνή,

Καὶ τεταυρὸν ἑνὲ καμψόμενον στήνα,

Καὶ πύλαων, ῥυκάναντ' ἐνερῶν καὶ περὶ αὐτῶν

Τρύπανον, ὅα τέχνας ἄνθετο πτυσόμενος.

Quae instrumenta fabrilia insculpta in ara quadrata
marmorea sacrorum Quinquennialiciorum Collegii fa- ap. Grut. CXV.
brum visuntur cum Palladis statua aliquantulum ero-
sa. Verum magis affabre alia in ara impressa sunt
cum epigraphe

ΘΕΑ ΑΡΤΙ :: :: ΠΑΣΑ

LX. 5.

ΤΙ. ΙΟΥΛ. ΠΑΜΦΙΛ

ΑΠΕΛΕΥΤΕΡ. ΣΕΒ

ΑΝΕΘΗΚΕΝ

A qua non multum diffidet haec altera

ΔΙΙ. ΠΑΤΡΙΩ

6.

ΚΑΙ. ΑΡΤΙ :: :: ΠΑΣΑ

Α. ΦΑΒΙΟΣ ΠΟΛΕΜΩΝ

ΑΠΕΛΕΥ. ΜΑΡ. ΟΥΛΠ

ΤΡΑΙΑΝ. ΣΕΟΥΑΣ

ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Prima Inscriptio sub Tito posita, altera vero sub Tra-
jano ab suis libertis. Vox Ἀρίστην Scythica est, ut

Οο

scriptum

- IV. p. 59. scriptum reliquit Herodotus, Graece Οὐρανίη Ἀφροδίτη. Variant quidem MSS. Codices, alii namque habent Ἀρίμνη, in aliis vero est Ἀρίμνη, quae postrema lectio verior, cum marmoribus respondeat. Veneri autem fabrilia instrumenta, ut arbitror, sunt dedicata, quoniam ab ipsa, tanquam Vulcani conjuge, artes etiam originem deduxere, teste Platone τέχνη δὲ παρ' Ἡφαίστου καὶ τῆς συντέλειος *artes autem a Vulcano, ipsiusque conjuge ejusdem artis socia.* Veneris Vraniac meminit Xenophon Socraticus in *Symposio*, qui eam distinguit ab vulgari: ab illa enim animi, honestarumque actionum amor, dulcesque amicitiae nascuntur: ab vulgari vero corporum cupiditas. Athenis extra muros supra Ceramicum, delubrum positum, ac signum *Veneris, quae appellatur Aphrodite*; opus Alcamenis Atheniensis, cui *summam manum ipse Phidias imposuisse dicitur.* Adhuc aetate Pausaniae ex-
 Attic. p. 36. rabat, qui floruit sub Antonino Philosopho, fuitque aequalis Aristidis ac Herodem Atticum audivit καὶ ἐπ' ἡμῶν ἔστι ἄγαλμα λίθου Παιδίου καὶ ἔργον Φιδίου. Romanis Venus
 ap. Grut. LIX. etiam coelestis denominata, uti in marmoribus VENERI CAELESTI vel INVICTAE CAELESTI,
 3. 4.
 p. 359. uti & in Graeca Inscriptione apud Reinesium
 ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ.

MENDA,

Quae irreperunt, sic corrigito.

Menda. Correction.

pag. vers.

In praef. operis pag. 9 vers. 2 dele Memphiticum

26	1	ἰσῶ	ἰσῶ
41	21	περί	περί
50	9	Αἰθῶ	Αἰθῶ
62	2	Κασιῶ	Κασιῶ
66	20	γυμνασίῳ	γυμνασίῳ
70	11	spatiebatur	spatiabatur
72	18	edificia	aedificia
76	3	λί	λί
79	12	mramor	marmor
87	2	Plinio audit	Plinius
	7	Ethiopia	Aethiopia
89	18	πῦ	πῦ
91	15	Egypti	Aegypti
93	7	Agetharchidi	Agatharchidi
	20	Athaeneum	Athenaeum
in margine ad		ap.	
94	9	Αἰθῶ	Αἰθῶ
	11	Egyptiis	Aegyptiis
101	16	περί	περί

103	3	δῆλως	δῆλως
118	20	iu	in
120	11	sententium	sententiam
126	18	Justiani	Justiniani
129	4	luxuires	luxuries
	7	Romae	Romae
132	9	marmarorum	marmorum
in dedicatione Differt. I.		exèquat	exaequat
149	8	Pisistratidis	Pisistratidis
157	3	interpretandis	interpretantibus
216	21	Valesii	Valesii
249	1	Sethum	Semnum

Quae de Memphite diximus pag. 114. ad Ophite marmor referenda sunt , namque a Plinio libro XXXVI 9. sic denominatum marmor a colore cineris Tephria apud Graecos dictum : de quo egimus pag. 111. vers. 12.

Österreichische Nationalbibliothek



+Z170674501





